Et ſi in Piſce, in ventre, e partibus illi contingentibus.

Vniuerſæ Martis infirmitates, vti Planeta calidus, & ſiccus, ſunt omnia genera febrium acutarum; tertianarum; quartanarum; & continuarum, & præcipuè intermittẽtiũ; apoſtemate; fiſtolæ; eri; ſipilia; antreus; epilepſiæ; viſenteria, & omnia genera imbecillitatum calidarum, & ſiccarum, ſecundum ſuam naturam; habet Mars dominium in virtutem actractiuam, reſidentem in venis miſeraicis.

Si interrogabimini de hora, qua Sol eſt in ſuo dominio, de aliquo, infirmo, & Sol eſſet in ſigno Arietis; diceris, infirmitatem huiuſmodi eſſe in lateribus.

Si in Tauro, in genibus.
Si in Gemini, in cruribus, & pedibus.
Si in Cancro, in pedibus tantùm.
Si in Leone, in capite.
Si in Virgine, in gutture.
Si in Libra, in humeris.
Si in Scorpione, ex defectione, & anxietate cordis.
Si in Saggittario, ex torminis.
Si in Capricorno, in dorſo.
Si in Aquario, circa pudenda.
Et ſi in Piſce, in lateribus, & circumuicina loca.

Infirmitates in genere, Solis, ſunt omnia genera frigiditatum à ſtomacho proueniẽtium, & ex parte ab hepate; fluxiones oculorum; ſpaſmi, flauabilis, grauetudines; fiſtulæ matricis, & in cunctis locis corporum inferioribus: Sol dominium habet vitalis virtutis in corde præſidentis.

Si Venus erit in dominio horæ ſuæ, & tunc fieret interrogatio de infirmitate ægroti, dicetur, ſi Venus erit in ſigno Arietis, infirmitatem eſſe circa pedes.

Si in Tauro, circà collum.
Si in Gemini, circà guttur.
Si in Cancro, circà cor.
Si in Leone, circà cor, ſtomachum, & & ventrem.

Si

Digitized by Google

Si in Virgine, circà caput,& stomachum.
Si in Libra, circà verenda.
Si in Scorpione, circà brachia, latera, & pudenda.
Si in Saggittario, circà brachia,& latera.
Si in Capricorno, patietur passionem cordis,& laterum.
Si in Aquario, circà genua.
Et si in Pisce, circà collum,& dorsum.

Veneris infirmitates in genere, illæ sunt, quas elicit Iecur, vteri anxietatis, gallicum morbum, scabiem, suffocationes, angustias stomachi ex frigido,& humido latice scatentes, nàm ea est natura eius; Veneri tribuitur virtus appetitiua gustus.

Si fieret postulatio in dominio Mercurij, quæ nam esset infirmitas languentis, respondebitis, quòd si Mercurius reperietur in signo Arietis, languens patietur in cruribus.
Si in Tauro, in pedibus.
Si in Gemini, in capite.
Si in Cancro, in oculis, & gula.
Si in Leone, in gula,& dorso.
Si in Virgine, patietur cordis angustias.
Si in libra, in ventre.
Si in Scorpione, in humeris.
Si in Sagittario cordis anxietates,& in verendis.
Si in Capricorno, in pudendis.
Si in Aquario, cordis,& laterum passiones.
Et si in Pisce, in pudendis,& genibus.

Imbecillitates Mercurij sunt omnes passiones sensuum, impedimenta in aspris arterijs,& lingua; cerebri agitationes; morbi maiores; tussis, asma, abundantia sputorum, vomitus, morbus articularis, lethargi, deliria, grauedines repentinæ, fellis obstrusiones, morbi mesti,& omnia generatim genera distillationum; habet Mercurius vim in virtutem imaginatiuam in cerebro.

Quando fiet petitio alicuius infirmitatis in dominio Lunæ, dum est in signo Arietis; infirmitas hæc erit in genibus.
Si in Tauro, erit in collo,& genibus.
Si in Gemini, erit in brachijs, lateribus,& humeris.
Si in Cancro, in capite, stomacho,& pectore.
Si in Leone, in corde, gula,& stomacho.
Si in Virgine, in humeris, & dorso.
Si in Libra, agitatio cordis,& in natibus.
Si in Scorpione, in ventre,& pudendis.

Si in Sagittario,in lateribus,& dorso.
Si in Capricorno,in lateribus,& genibus.
Si in Aquario,in pudendis,& cruribus.
Et si in Pisce,in lateribus,& pedibus.

Lunæ ægritudines variæ,& diuersæ sunt,& inter notabiles,omnia discensuum genera paralepsis,epilepsiæ,hidropysiæ, attractiones neruorum, colicæ passiones ,lethargi,cum Mercurio misti, indispositiones pituitosæ, oppilationes venarum miseraicarum,& omnes ventris torsiones,stomachi imbecillitates;habet Luna dominium in animalē virtutem iecoris.

Ne mirentur lectores,tàm Planetas,quàm cęlestia signa respōdere infirmitatibus nostrorū corporū,quia id oritur ex dominio,q̄ habent in membris nostris,scilicèt Aries in capite,Taurus in collo;Gemini in brachis;Cancer in pectore;Leo in corde;Virgo in ventre;Libra in lumbis;Scorpio in verendis;Sagittarius in coxis,Capricornus in genibus ; Aquarius in cruribus;& Piscis in pedibus.

Qui verò non rectè cadunt in dominium , quod habent , id euenit varijs de causis , aliqando ex aspectibus , ex antiscijs , contrantiscijs , vel casibus.

Antiscia sunt.

♋	♌	♍	♎	♏	♐
♊	♉	♈	♓	♒	♑

Contrantiscia.

♋	♌	♍	♎	♏	♐
♑	♒	♓	♈	♉	♊

Exaltationes sunt hæ.

♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♎	♋	♑	♈	♓	♍	♉

Casus.

♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	♑	♋	♎	♍	♓	♏

Gaudia sunt hæc.

♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽
m. 12.10. 9. 8. 7. 5. 1. 3.

As-

Aspectus sunt ij.

△	✱	□	☌	☍
trinus,	sextilis,	quadratus,	coniunctio,	oppositio.

Declarationes characterum Planetarum.

♄.	Saturnus.
♃.	Iuppiter.
♂.	Mars.
☉.	Sol.
♀.	Venus.
☿.	Mercurius.
☽.	Luna.

Declarationes characterum 12. signorum celestium.

♈.	Aries.	♎.	Libra.
♉.	Taurus.	♏.	Scorpio.
♊.	Gemini.	♐.	Sagittarius.
♋.	Cancer.	♑.	Capricornus.
♌.	Leo.	♒.	Aquarius.
♍.	Virgo.	♓.	Piscis.

Modus erigendæ figuræ cœlestis. Cap. 9.

AD formandam figuram celestem, sunt primo loco querendæ Effemeridæ illius temporis figuræ faciendæ, quibus habitis, quadrum formabitis, vt infrà videtur; & hoc exemplum dabimus; volumus scire, 11. Augusti 1643. die Martis, hora 11. Italiæ, in quanam configuratione cœlum reperitur in illo puncto; supra quadro scribetis prius millesimum currentem, idest, 1643. subter dominationem mensis, idest, Augustus, subter mensem, D. H. & M. & hæc linea recta ponuntur; D. scilicet Dies, H. idest Hora, & M. scilicet minuta, in recto harum trium literarum scribetis horologium, & ad læuam caracterem, hac forma ♌ ad ostendendum signum currens; & hoc facto, legetis,

D

getis, quid dicat 1643. Augustus, die 11. hora 11. & min. 0, horologii, die Martis, hoc ēt facto, ingredimini effemeridas, & reperto Mense Augusto, anni 1643. descendetis per columnam ex parte sinistra, inuenietis numerum 11. qui dies statutus est, quem quæritis; supra, secūdam columnam, adest caracter Solis, hoc modo, ☉, & subter alius caracter sic ♌, qui Leo est; & subter Solem, & leonem, ex recto 11. inuenietis numerum dicentem ù8.19.21. legetis subter Solem in principio superiori, quia inuenietis quemdam gr. exprimentem gradus in medio cuiusdam lineam sic | dicentem minuta; & ex latere dextro duas lineas sic ||, dicentes secundas, & notate seorsum, dicendo, Sol in Leone cum gradibus 18. minutis 19. & secundis 21. & inuenietur 11. Augusti medio die, hora, quam excogitastis; fuisse 11. hora, & ad meridiem illius temporis sex horas deficere, & quinquaginta sex minuta; ideò sic facietis; sumite diem antecedentem 10. Augusti, quia Solem inuenientis esse cum gradibus 17. minu. 21. & secundis 45. facietis differentiam 11. ad decem hoc modo, 15. 18. 19. 21.) à secundis 21. tolle
10. 17. 21. 45.) 45. non potest, & ad
60. 14. deficiunt, & 21. quæ supra sunt, faciunt 36. & vnum portas; ex 19 min. aufer 22. non potest, ad 60. deficiunt 38. & 19. quæ supra sunt, faciunt 57. minuta, & 36. secundas, qui erit motus horarius 24. horarum, quem fecerit Sol meridiei 10. Augusti vsq; ad meridiem 11. eiusdem; & quoniam acceptis horis, vt supra dictum est, fuit 11. hora; sic acito, sumite effemeridas, & quærite tabulas arcuum semidiurnarum, & seminocturnarum, & inuento signo Leonis, quod repetietis subter cum denominatione, dicente semidiurna, ascendite sursum, quærite columnam postremam ad dextram, quæ incipit à nihilo, & terminat in 30. & supra ascendendo, inuenietis numerum 18. & ad rectum Leonis inuenietis arcum semidiurnum illius diei 11. Augusti esse horas sex, & min. 56. quibus sex horis, & m. 56. 10. Augusti addite horas 11. quas accepistis mane 11. Augusti, & facite sic, 6. 56.) quia subducent summam horarum 13. & min. 56. 11. 0.) horologium.

& dicetis horæ 17. 56. post meridiem.

Hæc

Hæc est figura.



HOc autem facto, quærite in Effemeridis, tabulam inscriptam, tabula proportionalis motus horarij Solis, qua inuenta, scrutamini superius, donec adsint 57. minut. & 36. secundæ, quod est iter peractum à Sole à meridie 10. Augusti, vsq; ad meridiem 11. eiusdem, (dūmodo non perueniat ad alium meridiem) quia figura, quam supputastis, fuit hora 11. & inquietis, vt supra dictum fuit, hora 17. & minutis 56. post meridem, & facito sic, non sit vobis curæ de quatuor minutis, quæ requiruntur ad 18. horam, sed sic perficite; si per 24. horas Sol tribuit

 buit

Digitized by Google

buit 57.minuta,& 36.secundas;per 18.horas,quid retribuat ? quærite, (vt prædiximus) in motu diurno Solis, minuta 57. & 36. secundas, & medietatem 18.in acra ad leuam, quod est 9. & in directo minutorũ 57.& 36.secundarum,quia dabit gradus 0.minuta 11.& secundas 36. quibus bis multiplicatis,dant minuta 43.& 12.secundas hoc itém facto,resumite gradus motus 10.Augusti tribuentis gradus 17.minuta 21.& secundas 45.& addite motui, quem fecit hora 18. quia reperietis in totum subducere gradus 18.minuta 4.& secundæ 17.vt hic inferius videtur.

gradus 17. 21. 45.
gradus 0. 43. 12.

☉ in ♌ 18. 4. 57.

Postmodum Lunam exequamini ipsomet ordine,quo Solem,& nedùm Solis,& Lunæ,verùm,& omnium Planetarum.

Quæretis Lunam 10.Augusti collocatam in signo Cancri vnico gradu,& 59.minutis.

Dies verò 11.erit cum gradibus 14.& 29.minutis.

14. 29.) Sic ergo,abstrahite 9.à 9.nihilum remanet,& duo à quinq;
1. 59.) non potest; ad 60. decem requiruntur, & viginti sunt supe-
———) rius,quæ 30.sunt,gradum partamus.
12. 30.)

A 14 desalcate duo,restãt 12.& sic dicetis,differentiam 24.horarum esse gradum 14.& 30.minutorum.

Percurrite tabulam proportionalem Lunæ, & inuenietis superius gradus 12.& 30.minuta;posteà quærite horam 18. quæ erit hora proposita,& inuenietis,quia per horas 18. 9.gradus fecit,& 12.minut.

Facite,sicut de Sole fecistis,aggregando hos 9.gradus,& 12. minut. motui 10.Augusti,quando erat Luna in Cancro cum gradu vno,& 59. minutis,& pergite hoc modo.

☽ in ♋ 1. 59.
8. 12.

Subducent 11. 11.hoc est vndecim gradus,& minuta vndecim.

Vna hora diuiditur in 60. minuta,& minutum vnum,in 60. secundis, 60. secundæ in 60. tertijs, signum vnum in 30.gradibus, gradus vnus in 60.minutis.

Motus autèm Saturni 10.Augusti erat graduum 7.& 42.minutorũ, motus verò 11.fuit graduum 7.& 40. min. at quia motus Planetæ retrogradi,minuit;differentia est duorum minutorum. Ergò si Saturnus

per

Digitized by Google

per 24.horas retrograditur duobus minutis,quid per 18.horas retrograditur? sic igitur facietis,subducite duo minuta per secundas, quæ erunt 120.secundæ, diuidite 120.per 18. quia dabunt 50. secundas;& quoniam dixi,quia 60.secundæ faciunt simplex minutum,dicetis,Saturnum forè cum 7.gradibus,minutis 0.& secundis 30.retrogadum.

♄ in ♈ 7. 0. 30. ℞

7. 42.
7. 0.

7. 30.

Post Saturnum,aspicite Iouem 10.Augusti,quem inuenietis in Ariete cum gradibus 42.& minutis 9.

in 11.cum gradibus 24.& minutis decem.

Differentia,per 24.horas,motus horarij,est vnius minuti. Si ergo per horas 24.simplex minutum tribuit, quid dabit in 18. horis 60. secundis, per 24. horas? certè dabit 45. secundas in 18. horis; addite has 45.secundas cursui 10. Augusti, vbi Iuppiter erat cum gradibus 24. & minuta 9.;& dicetis Iouem esse cum gradibus 24. minutis 9. & secundis 45.

24. 9.
0. 0. 45.

♃ in ♈) 24. 9. 45.

Mars 10.Augusti reperitur in signo Virginis cum gradibus 9. & 19. minutis.

11.verò cum gradibus 9.& 57.minutis.

Hæc est differentia,à 57 subtrahite 19.restant 38.

Igitur si per 24.horas Mars dabit 38.minuta,quid dabit per horas 18.? subducite,& inuenietis tribuere 28. minuta,& 30.secundas; addite hæc minuta 28.& secundas 30.supra motu 9.graduum,& 19. minutorum, quia omninò subducent gradus 9. & minuta 47. & 30. secundæ. 9. 19.
0. 28. 30.

♂ in ♍ 9. 49. 30.

Venus 10. Augusti reperitur in Cancro cùm gradibus 17. & minutis 58.

11.verò cùm gradibus 19.& minutis 10.

Differentia huiusmodi,est vnius gradus, & 12. minutorum; si ergo per horas 24.dat minuta 72.per horas 18.quidquid dabit? diuidite

&

17.& minut.56.calculate simul,faciunt in totum 27. 17. 47. vt hic infra videtur.

17.	56.	
9.	21.	47.
27.	17.	47.

Ex his 27. 17. 47. extrahite horas 24. restabunt horæ 3. min. 17. & 2. 47. quærite numerum hunc in ipso Polo 41. & inuenietis horas tres, minuta 18. & secundas 19. & hic propior est numero 3. 17. 47.

Præterea ab his horis 3. 17. 47. gradimini via recta, quia supra primam columnam inuenietis signum Tauri,& numerum 22. cum eodẽ signo Tauri;quod in 10. collocabitis, cum gradibus 22. & hæc erit secunda columna. Desuper tertia columna erit numerus 11, & in conspectu 22. Tauri, est signum Cãcri hoc modo ♋, & ideò signabitis O. in 4. columna è conspectu O. locabitis signum Leonis, quod est super, cum gradibus tribus, & dicitur 12. quinta columna dicitur prima, & supra dicitur ascendens;& est quoq; signum Leonis cum gradibus 28. & minutis 10. in sexta columna est numerus secundus desuper, & deorsum imago virginis cum numero 21. in septima, & vltima columna, quæ tertia dicitur, est identidem signum Virginis, hinc descendetis, quia signum Libræ inuenietis, quod in tertia domo locabitis cum 18. gradibus.

Hoc enim peracto, statuetis omnia signa opposita in sex domibus, quas fecistis, quę sunt, decima cum quarta, vndecima cum quinta, duodecima cum sexta, prima cum septima, secunda cũ octaua, & tertia cum nona, cum gradibus eisdem, quos habent; decima, vt prędiximus, cum quarta, cum 22. Tauri, & in quarta, cum 22. Scorpionis; & vt experiemini, considerate figuram, quam ereximus, quoniam indè exempla capietis aliarum erigendarum; est benè quoq; discere facere partem fortunę, quod vtiq; sic fit, respicite Lunam, quonam in signo reperitur, quòd si in signo Cancri, numerate quot signa sunt ab Ariete ad Cancrum, quia tria esse inuenietis.

Ipsum signum Arietis incipit cum nihilo; Taurus ab vno; Gemini à duobus;& Cancer à tribus.

Deindè Solem supputate ipso modo; quo cum Luna fecistis, quam inuenietis cum Leone in quarto signo; prius signum ponetis cum denominatione gradus, secundò quos tenet gradus, tertiò minuta, & quarto secundas, & sic facietis.

signa,

Digitized by Google

& inuenientis dantem minuta 54. hæc iunge (vt supra) motui Augusti hoc modo,

17. 58.
54.

♀ in ♋ 18. 52.

Motus Mercurij 10. Augusti, est in Leone cùm gradibus tribus, & tribus minutis.

11, autèm cum gradibus tribus, & nihilo.

Differentia est trium minutorum, & retrogradu, si per 24. horas deficiunt tria minuta; quid per 18. horas deficiet? segregate, de more per secundas, & inuenietis, tria minuta subducire 180. secundas, has diuidite per horas 18. & dabunt 135. secundas, quibus redactis in minutis, inuenietis 120. secundas, duo minuta conficere; & quoniam de 135. remanent 15. dicetis, Mercurium defuisse à motu 10. Augusti, duobus minutis, & 15. secundis.

3. 3.
0. 2. 15.

☿ in ♌ 3. 0. 45.

Caput Draconis 10. Augusti, reperitur in Virgine cum gradibus 27. & minutis 37.

Et 11. cum gradibus 27. & minutis 34.

Differentia est trium minutorum.

Igitur si per horas 24. deficiunt tria minuta, per horas 18. quid dabit defectionis?

quia enim supputationem Mercurij fecistis, qui fuit eiusdem motus, & defecit ipse quoq; tribus minutis, nolumus vobis esse fastidio, quoniam in eodem delinquit caput Draconis; nàm è 27. gradibus, & secundis 57. demendo duo minuta, & 15. secundas, remanebunt.

☊ in ♍ gradus 27. 34. 45.

Peractis etenim veris Planetarum situationibus, curate collocare 12. signa cœlestia in figura; & hoc modo facietis, sumite gradus Solis, & signum vbi reperitur, & illa quæretis in tabulis domorum; & quia figura est erecta in Polo 41. quærite ibi in Polo 41. signum Leonis, quo supra reperto, descendetis inferius, donec inueniatis gradus 18. Leonis, posteà quærite ad ariam columnæ ad læuam, & rectò 18. & dabit in Polo 41. horas 8. minuta 21. & secundas 47. hæc deindè, aggregate cum horas, in quadro figuræ signatis post meridiem, quæ sunt horæ

17. &

ſigna,gradus,minuta Lunæ. 3. 11. 21. 0.
ſigna,gradus,minuta,ſecundæ Solis.4. 18. 4. 57.

Poſthac ſubtrahite Lunam à Sole,à ſecundis incipiendo, ſic dicendo,à nihilo abſtrahe 57.non poteſt,ad 60.3.requiruntur, 3.& vnum porto;à 25.deme 5.manent 16.ab 11.tolle 18.non poteſt, ad 30. 12. deficiunt,& 11.ſupra ſunt,conſtituunt 23.& vnum porto; ex 3.detrahe 5.non poteſt,ad 12. 7.deſiderantur,& 3.ſupra ſunt,quæ decem ſunt, & ſic dicetis ſigna 10.gradus 23,minuta 16.& ſecundæ tres.

3.	11.	21.	0.
4.	16.	4.	57.
10.	23.	4.	3.

Præterea ad ſciendum quonam fortuna cadet, incohabitis à prima ſupputare,qei eſt Aſcendens,& dicetis,prima O,ſecunda prima, tertia ſecunda,quarta tertia,quinta quarta,ſexta quinta,ſeptima ſexta, octaua ſeptima,nona octaua,decima nona,& vndecima decima,& ſic inuenietis cadere in decimam.

At diuiſis luminaribus,operepretium eſt,vt addantur gradus Aſcẽdentis, quos repertos eſſe gradus 28. & minuta 10. copulabitis cum ſignis 10. gradibus 22. minutis 16. & ſecundis 3. & ſic vna ſupputabuntur.

10.	23.	16.	3.
	28.	16.	
11.	21.	26.	3.

Quæ omnia importabunt ſigna 11. gradus, minuta 26. & ſecundæ 3. quemadmodum collocata conſpicitis in 11. cum gradibus 21. min.26. 3.

Nunc supereſt; vt diſcatis ſtatuere Planetas per domos 12. ſic faciendo, in prima, ſecunda, & tertia, conſtituite deſuper, Planetam habentem pauciores gradus; in quarta plures gradus ſupra vadit in quinta pauciores gradus ſupra ſignantur;in ſexta, ſeptima, octaua, & nona,plures gradus ſupra inſcribuntur; in 10. pauciores etiam deſuper;in 11.plures gradus deſuper;& 12. 12.pauciores.

Et ſic deinceps per vos ipſos ſcietis figuram erigere cœli.

Op

Oppoſita ſunt hæc.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Iam magna ex parte vos docuimus modum erigendæ figuræ, ſupereſt, vt explicemus nonnolla neceſſaria circà illam, attendiſe, & obſeruate; experientia enim pacatos vos reddet ex laboribus veſtris.

Auſpicium ad ſciendum quid de ægroto.

Cap. X.

PRoducta figura ægroti, duo ſunt præcipua conſideranda; primo Dominus dominij horæ interrogationis, ſcilicèt quinam Planeta dominator ſit illius horæ. Secundò, qui erit Dominus Aſcendentis, quòd ſi fortè Saturnus eſſel horæ illius dominator, & ipſe in figura producta eſſet offenſus à duobus luminaribus, & defenſus nõ eſſet à beneficis aſpectibus, ideſt ab altera fortuna, vt Ioue, vel Venere; coniecturate ægrotum periclitari ex illa infirmitate; & ſi eſſet in malis aſpectibus luminarium, & Iuppiter Saturnũ aſpiceret, & alterum luminarium aſpiceret de trino Saturnum, vel de ſeſtili; indicat; quod conualeſcet ægrotus ex illa imbecillitate, aut ſi tempore illo, quo figuram erexiſtis, eſſet in aſcendente ſignum Capricorni Saturni domus, vel Aquarius domus ſimiliter Saturni, & caderet Saturnus in octauã, perdurare poterit ægrotus aliquo tempore, ſed tandem mors timenda in illa infirmitate; aut alterum horum ſignorum eſſet in aſcendente, & Saturnus eſſet in ſexta; ægrotus prægrandem pateretur infirmitatem, quod ſi eſſet Saturnus in quinta, & ab exceſſibus caueat ægrotus, & à venenis; cũ verò figuram producetis, & Saturnus caſurus in prima, & à bonis inſpectus aſpectibus, ſic à luminaribus, ſiuè à fortunis ambabus, facilè conualeſcet ægrotus; ſin autem à malis aſpicietur aſpectibus difficillimè valebit. Boni quidem aſpectus hi ſunt, Trinus, & Sextile; mali verò, quadratus, & oppoſitio; coniunctio eſt bona cum bonis, & peſſima cum malis; Saturnus nunquam bonus, quando eſt in coniunctione cum Sole, & Luna; & hic Saturnus veniens ad primã, &

non in domum propriam,nec in sua exaltatione, dat argumentum vitæ breuis,sed si foret in domo propria,vel in sua exaltatione, recuperandæ salutis.

Item,si cadet in sexta,nec in domo propria,vel exaltatione sua, imminet ægroto graue periculum, & si tunc temporis fuerit perspectus à malis aspectibus luminarium , siue Iouis,& Veneris auxilio, illa infirmitas diù perdurabit,& in fine mortem minatur.

Si tempore interrogationis,Iuppiter esset Dominus Ascendentis,& reperiretur in octaua;non dat mortem infirmo;& si esset in sexta infirmus magno labore vexaretur,ac tarda infirmitate; semper,quòd Iuppiter cadit in octaua,mortem euertit, & vitam instituit ; & si in sexta caderet,liberaret infirmum ex illa infirmitate;Iuppiter enim in prima, & in propria domo,semper salutem inducit.

Si Mars Dominus erit Ascendentis.& in octaua esset,infirmus, facile in illa infirmitate secedet,sed si fuerit aspectus à luminaribus de trino,vel sextili,afficeretur morbo,sed non recederet; Idipsum esset, cùm Iuppiter,& Venus forent bono aspectu cum Marte,& luminaribus ; si esset in sexta,& à bonis non illustratus aspectibus Iouis , & Veneris, & luminarium,diuturna esset infirmitas,& postea obiret; si in prima, & minimè defensus à beneficis luminarium aspectibus,& geminarum fortunarum,non conualesceret ex morbo illo ; sed si esset in sua exaltatione,vel propria domo,& illustratus bonis aspectibus Iouis,& Veneris,& luminarium conualesceret. Si tempore,quo erigitur figura, Mars,vt diximus,reperitur in octaua absque bonis,defensorum aspectibus in illo signo,quod est in octaua,mortis signũ indicat , Exẽpli gratia,si in signo triplicitatis igneæ,erit mors ardentissimę febris;si in triplicitate terrea,frigida & sicca morietur infirmitate;si in triplicitate aerea,flatoso morbo;si in aquea triplicitate,frigida,& humida infirmitate,nàm hæ sunt eorum naturæ.

Si Sol esset dominus ascendentis,& in octaua sisteret tempore erectionis figuræ,mortale,& eò citiùs,quo alterum infortuniorum eum intueretur malefico aspectu,at si Iuppiter,vel Venus de trino illustrarent,vel de sextili,non morietur.

Quotiens dominus primæ reperietur in sexta; longam inducit infirmitatem,& si in prima reperiretur in domo propria,vel exaltatione sua , breui languens sanaretur ; Sol in prima in quoquo signo vitæ in octaua defert mortem;& in sexta infirmitatem;sed est semper habenda ratio in aspectibus ; nàm certum est beneficos fugare mortem , & maleficos introducere.

Item Sol in quadrato,siue in oppositione Saturni,minitatur periculum

lum mortis,sed ad quadratum Iouis , vel oppositionem,quantum prælat malignitatis,tantum & benignitatis.

Ad quadratum, vel oppositionem Martis, morbos præfert acutos cum discrimine vitæ. Ad quadratum,vel oppositionem Veneris, paucas,breuesquè corporis parat indispositiones, & absquè discrimine vllo.

Ad quadratum,vel oppositionem Mercurij, tribuit infirmitates ex ansietate mentis . Ad quadratum , vel oppositionem Lunæ, aperit quamquè qualitatem infirmitatum in corporibus nostris letenium.

Si Venus esset domina ascendentis, & in octaua, ægrotus, pro quo festinastis petitionem,conualesceret ex infirmitate sua;quòd si domina primæ,vt prædiximus,& reperiretur in sexta,vehementer affligeretur infirmus in illa infirmitate,causa excessus, sed non obiret, & licet Venus malignis tangeretur aspectibus,tamen dũ reperiretur in octaua quo tempore erigitur figura,infirmus mortem vitaret;& si in ascẽdente consisteret Venus, nequè moreretur, sed si maleficos haberet offensores, diutinam pateretur infirmitatem; sine tamen timore mortis.

Si Mercurius esset dominus Ascendentis tempore erectionis figuræ,& in octaua, ægrotus timeat ne vitam finiat causa deliriorum, lethargorum,vel cerebri defectionum; si in sexta infirmitates metipsæ essent,sed sine discrimine mortis, non tamen absquè sensuum alienatione;Mercurius in prima non accit mortem,cum sit dominus ascendentis.

Luna domina ascendentis,& in octaua tempore formationis figuræ ægroti,iuxtà signum,quod in octaua reperitur,mortale si in sexta,colluure infirmitatum quatit infirmum; si in prima, qui est ascendens,& in Cancro sua domo, vel in Tauro sua exaltatione, haud ex illa infirmitate morietur ægrotus,immò potius breui conualescet.

Si quando figuram producitis,Luna esset in quadrato,vel in oppositione Saturni, tribuit infirmitatem febrium flemmaticarum; & in quadrato, vel oppositione Iouis , sanguinis infectationem; in quadrato,vel oppositione Martis,frenesim,venena,maleficia,iracundiam, & oculorum grauedinem In quadrato,vel oppositione Solis,omnia exponit vitia corporis:in quadrato,vel oppositione Veneris, infirmites causa excessus,coitus,crapulæ,& similium. In quadrato, vel oppositione Mercurij,titubationes,animi,corporisque.

Quando cauda Draconis, in formatione figuræ, veniet in prima, graues,& discriminosas producit infirmitates, & præcipuè in oculis,

quando in octaua, mortem, & in sexta discriminosas etiam infirmitates.

Quando erigitur figura, & ascendens esset in quadrato, vel oppositione cum Saturno, vel in coniunctione, excitat mortem: in quadrato, vel oppositione Iouis, corporis dabit inæqualitates, in coniunctione Iouis, prorsus eliminat infirmitatum genera cuncta. Inquadrato, oppositione, & coniunctione Martis, ægrotus probabit discrimen mortis longa infirmitate. Inquadrato, & oppositione Solis, discrimen præbet vitę, in coniunctione autem vitam, & corporis valetudinem, in oppositione, vel quadrato Veneris, infirmitatem causa vitiorum corporis, sed si in coniunctione ipsius ascendentis, sanitatem induceret; inquadrato, vel oppositione Mercurij, mentis perturbationem, si in coniunctione ipsius ascendentis, sanitatem induceret; inquadrato, vel oppositione Mercurij, mentis perturbationem, si in coniunctione, foras expellit omnem infirmitatem à cerebro prouenientem; inquadrato, & oppositione Lunæ, ægrotus vita frangetur causa vitiosorum humorum, in coniunctione bonorum Planetarum bonus foret, sed si cũ malis, vita quateretur infirmus.

Saturnus domino figurę, & infortunato, siuè si ipse esset in sexta, siuè in septima, octaua, & in duodecima, creatura potius subiret dolos, dispendia in medicos, quàm ex infirmitate.

Marte domino figuræ, & à malis tradijs offenso, & in sexta ipse moraretur, siuè septima, octaua, & duodecima, discriminosæ essent infirmitates ægroti, causa sanguinis alterationis, calidiq; laticis.

Sole domino figuræ, & infortunato, & præpedito in altera ipsarum domorum, vel sexta, vel septima, & duodecima, profert infirmitates, causa humorum calidorum, & vitiosorum.

Venere domina figuræ, & patiente in ipsis domibus, vt supra, sexta, octaua, & duodecima, infirmitates diuersæ erunt, & diuturnæ, & medicamenta, parum diuersæ, aut nihil proderunt.

Mercurio domino figuræ, & infausto in sexta, octaua, & duodecima, infirmitates prouenient ex perturbatione, iracundia, mentis alteratione, intestinis cogitationibus, & omnibus cum discrimine mortis.

Luna domina figuræ, & infausta, variæ, diuersæq; erunt imbecillitates, quibus semper subditas erit creatura.

Digitized by Google

Quomodo curandæ infirmitates in humanis corporibus. Cap. XI.

CVm corpus totum fuerit circumseptum infirmitate, est obseruandum, nè Luna, omninò sit tempore curationis, in ascendente, sed è bonis Planetarum lustrata aspectibus circumdantibus eam; nec in quadrato, vel oppositione cum domino ascendentis, & præcipuè non sit in octaua domo dominæ.

Si fuerit antiqua infirmitas, quærite, vt sit in Tauro Luna, vel vna suæ triplicitatis, qui sunt Cancer, Scorpio, & Piscis, si grauis infirmitas, sit Luna libera ab ascendente, & cum Marte in bono aspectu, vel cum Ariete etiam in bono aspectu, melius esset; sed non coniunctione Iouis, quia medicinæ verterentur in proprias substantias.

In præbendis medicinis obseruetur etiam, ne Luna sit oppositione cum domino sextæ domus, & quamuis forent Iuppiter, vel Venus vitandi sunt, licet non essent in quadrato, vel coniunctione.

Quoties erunt infirmitates circà caput, collum, brachia, humeros & manus, toties inuigilandum est curis earum, quando Luna fuerit in Ariete, Cancro, & Gemini, dummodo non offensa Geminis infortunijs maleficis.

Si essent infirmitates in pectore, dorso, ventre, vel vmbilico, sit Luna in Cancro, Leone, vel in Virgine, illustrata tamen bonis aspectibus.

Si in genibus, verendis, & circùm, cauete ne Luna maleficorum aspectuum detrimenta patiatur, sed in signo sit Libræ, Scorpionis, vel Sagittarij.

Si in genibus, cruribus, & pedibus; sit Luna ab infaustis aspectibus libera, sed configurata vni horum trium signorum. Capricorno, Aquario, vel Piscibus, & quò fuerit ipsa in augmento cum bonis aspectibus duarum fortunarum, quæ applicantur medicinæ maiore erunt adiumento.

Miseri languorem patientes, quotiescumq; purgandi sunt, curate modico labore, vt Iuppiter cadat in sexta domo, quoniam maximum iuuamen præstat infirmo.

Sit Luna in decima, septima, & quarta cùm ægroti purgantur, nàm infirmitates sunt curatu faciliores.

Contrà verò erit, quando in alij figuræ domibus Luna fuerit; quia quan-

Digitized by Google

quantò magis lædetur à maleficis aspectibus, tanto magis difficilior erit.

Mementote prætereà, quia, semper quòd Luna ambulat per signa prædominantia humanorum corporum, non sunt prorsus tangenda membra illa ferro, vel igne; quoniam instat periculum siccandi illis membris.

Dominium, quod habent duodecim Signa cœlestia, cum humanis corporibus, sunt, Aries in capite; Taurus in collo; Gemini in brachijs, Cancer in pectore; Leo in corde; Virgo in ventre; Libra in lumbis; Scorpio in pudendis; Sagittarius in coxis; Capricornus in genibus; Aquarius in cruribus; & Piscis in pedibus.

Obseruandum est enim, in præbendis medicinis, ne vllo modo Luna sit in signis ruminantibus, quæ tria sunt, scilicèt Aries, Taurus, & Capricornus.

Quòd si præbentur medicinæ in altero trium horum ruminantium signorum, vtiq; periculum est, vt infirmi illas uomant.

Interdicitur dare medicinas cuiusq, generis, quando Luna stat in oppositione, vel coniunctione, aut in quadrato Martis, vel Saturni, nàm vltra quòd detrimento sunt, sunt etiam infirmis maximo periculo.

Quando est Luna in sua triplicitate, qui Cancer est, Scorpio, & Piscis, non est exhibendum medicamen ad purgandum Iecur; quòd si Iuppiter esset validus, & fortis in medio cœli, esset. valdè bonus ad intestina curanda.

Quando fortis Saturnus est, partes vitales omninò nepurgate.

Quando Sol est fortis in angulis, pulmo non est purgandus.

Quando Mars fortis est, non sunt purganda verenda.

Quando Venus fortis est, non est purgandum cerebrum, nec vllum corporis membrum.

Qurndo fortis est Mercurius, non sunt purgandi renes, neq; fel.

Id totum intelligendum est in horis, in quibus Planetæ sunt dominatores illarum, nàm hac de causa construximus tabulas præcipuas; & cùm Luna (vt ita dicam) est fortis in cœlo, non est conueniens humana corpora purgare, aliquo medicinarum genere; nec sit in ascendente; nec in signo Leonis. Ioue fortunato aspectibus, vel in ascendente, in nona, decima, & vndecima bonum est generatim omnes curare infirmitates corporis, oculorum, & aurium.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo virtutes corporis à ſeptem ſunt digeſtæ Planetis. Cap. XII.

SOL reſidet in corde,& vitalium eſt origo virtutum,quando ideò pro infirmo fiet petitio,& ipſe eſſet in nona infirmus non recedet vita ex infirmitate.

Luna eſt animalis principium virtutis in hepate, & dum interrogatio fit,in tertia ipſa foret, infirmus conualeſceret ex illa infirmitate.

Saturnus origo eſt receptiuæ virtutis in ventriculo, & ipſe cùm nō fuerit à luminaribus læſus,& reperiatur in duodeuima, infirmus non moritur.

Iuppiter,creſcentis,& generantis eſt origo virtutis, & donec in decima fuerit ægrotus non morietur.

Mars,eſt origo attractiuæ virtutis in venis miſeraicis,& ipſe in ſexta & bono Solis luſtratus aſpectu,& Lunæ;infirmus ex illa infirmitate nō excedit vita.

Venus initium eſt appetitiuæ virtutis guſtus,& ipſa in quinta, infirmus breui interuallo quieſcet.

Mercurius origo eſt imaginariæ virtutis,fantaſticæ, & cogitatiuæ,& ipſe cùm venerit in in prima benè valebit ægrotus.

Hæ Planetarum virtutes ſunt neceſſariò intelligendæ, vt poſſint conualidari propriæ virtutes, per eorum Planetas prædominantes, & cùm obuenerit aliquam curare infirmitatem, intuimini membrum, cuinam Planetæ ſubdat, & deindè diligenter proſpicite illud eſſe benè ſituatum, & poſitum, nèdum in aſpectibus, & ſignis, verùm & in parte figuræ;& cùm ſit profuturus, & collaturus virtutem vitalem, quæ in dominio eſt Solis,agite vt Sol ſit fortis,& benè locatus, quemadmodum ſupra vos monuimus; & quòd de Sole diximus, ità de omnibus intelligatis.

De particulari modo curandi fascinatos, frineticos. & à Dęmone vexatos.

Cap. XIII.

SVpponatis hic non agendum de Sacris; quæ Ecclesia Catholica pro talium salute adhibet; hæc .n. à Christo Domino efficaciā habent, nullo ad Stellas habito respectu. Sed tantum meum institutum erit de tempore; quo naturalia remedia huiusmodi vexatis sunt applicanda, vt magis proficiant: eo enim modo, quo pharmaca prodesse talibus infirmitatibus possunt, & magis, vel minus pro syderum positione iuuabunt.

Adeò sunt hodie aucta, & multiplicata hæc genera infirmitatum, vt prorsus ad illas curandas ignoretur modus, & iam quasi frustrata spes, vani labores, & profusa impendia, & quòd peius est, miserorum restant perpessiones languentium; & nos sumus experti, vel paucos, rarosq; super hac scripsisse materia: at quoniam maius necessarium in medicina, est cognoscere morbos; dicimus, hæc genera infirmitatū esse faciliùs nota physiognomicis in oculis patientium; & dùm supra annuimus, patientes tenere primam originem è virtutibus, quæ in prædominio sunt corporis; vidimus, has tres passiones esse præcipue Mercurio attributas; & ideò curandas medicinis opportunis, ac temporibus omninò debitis, nàm in hoc stat summa vis curationis; & tempus, quod quærendum est, quandò purgationes, & vomitatoria exhibēda sunt .i. vt sit Mercurius satis benè locatus, & sic de singulis siuè de aspectibus; sed maior vis, quam hic Planeta tenet est quando reperitur in suis terminis, de quibus vno gaudet per quodq; signum; & id, vt intelligatur ea facilitate, qua desideratur à tyronibus scientię huius. hic tabulam depinximus cum signis, & Planetis in gradibus in quos cadunt.

Digitized by Google

♈	♃ 6	♀ 12	☿ 20	♂ 25	♄ 30
♉	♀ 8	☿ 14	♃ 22	♄ 27	♂ 30
♊	☿ 6	♃ 12	♀ 17	♂ 24	♄ 30
♋	♂ 7	♀ 13	☿ 19	♃ 26	♄ 30
♌	♃ 6	♀ 11	♄ 18	☿ 24	♂ 39
♍	☿ 7	♀ 17	♃ 21	♂ 18	♄ 30
♎	♄ 6	☿ 14	♃ 21	♃ 24	♂ 30
♏	♂ 7	♀ 11	☿ 19	♄ 26	♄ 30
♐	♃ 12	♀ 17	☿ 21	♄ 26	♂ 30
♑	☿ 7	♃ 14	♀ 22	♂ 25	♂ 30
♒	☿ 7	♀ 13	♃ 20	♂ 25	♄ 30
♓	♀ 12	♃ 16	☿ 19	♂ 28	♄ 30

Eſt quoquè ſciendum,vt Luna ſit in vno mobilium ſignorum, vel communium.

Signa autèm mobilia,ſunt Aries,Taurus,Libra,& Capricornus.

Communia verò,Virgo,Sagittarius,& Piſces.

His temporibus,quibus,Luna, Sol, & Mercurius ſunt in altero horum ſignorum,bonum eſt curare ipſam infirmitatem;tamen cauere, nè Mercurius,& Luna,ſint in vno ex fixis ſignis;quæ ſunt Taurus,Leo,

Scorpio , & Aquarius,

Nàm ſi hæ infirmitates curarentur his temporibus , loco diminuendi poſſent augeri, propterea medici debent eſſe optimi poſſeſſores huius facultatis;quoniam certum eſt,& reale, noſtra corpora,cùm ſublunaria ſint , ſubijci cœleſtibus corporibus , quæ ſunt cauſæ ſecundæ.

Regula ſciendi,quando ſeptem Planetę ſunt in viribus ſuis. Cap. XIV.

TRes Planetæ Soli antecedẽtes ſunt Mars,Iuppiter,& Saturn us;hi ergò tres Planetæ,tunc fortes ſunt, cùm fuerint Orientales ; & è contra de duobus Soli inferioribus,qui ſunt Venus,& Mercurius,& tunc erunt in ſuo robore,quando occidentalia erunt;& ſicut ſuperiores vim amittunt in occidentalibus , ſic occidentales , quando ſunt orientales.

Quando Planetæ ſunt collocati in decima,vndecima,duodecima, quarta,quinta,& ſexta,tunc dicentur Orientales.

Sed quando configurabuntur in prima,ſecunda, tertia , ſeptima, octaua,& nona,dicentur occidentales.

De vi , & imbecillitate Planetarum. Cap. XV.

De robore Solis.

VT ſit de Trino aſpectu Sextili , vel . . . in quàm Trino , Sextili , & coniunctione cũ altera ex Geminis fortunis.

Vt ſit vallatus fortunis,vel proprijs radiis , & omninò malefici aſpectus cadant à Sole.

Vt ſit in bono aſpectu Lunæ , & aliorum Planetarum.

Vt ſit in aliqua eſſentiali dignitate.

Vt ſit ſemper ſegregatus ab infortunijs,& cõiunctus cum bonis.

Vt

Digitized by Google

t aſcendens ſit ſemper in circu- ſui auge.

Vt ſit in ſuperiori parte excen- ici.

Vt ſit in angulo, vel ſuo ca- lente.

Vt ſit in ſigno maſculino, præſi- gno Libræ, & in quarta.

Vt ſit penès Venerem, in digni- tatibus fortunarum.

Vt ſit eleuatus ſupra infortu- nijs.

De imbecillitate Solis.

VT ſit coniunctus cum infor- tunijs.

Vt ſit obſeſſus ab eorum ra- dijs.

Vt ſit in malo aſpectu Lunæ, vel duarum fortunarum, & poſtea Planetarum omnium.

Vt ſit in oppoſitione duarum dignitatum, vt in ſuis domibus, vel ſuo detrimento.

Vt ſit diuiſus à fortunis.

Vt ſit in coniunctione, vel cum capite Draconis, vel cauda.

Vt non ſit receptus.

Vt ſit deſcendens in circulo ſui auge.

Vt ſit in inferiori parte excen- trici.

Vt ſit cadens in angulis.

Vt ſit in ſigno fœmineo in quar- ta.

Vt ſit in dignitatibus infortu- niorum.

Vt alterum infortuniorum ſit eleuatum ſuper ipſum, vna cum Planetis in domibus cadentibus eorum dignitatuum, & in oppoſi- tionibus.

Et vt ſit peregrinus.

De fortitudine Lunæ.

VT ſit in Sextile, vel Trino Solis.

Vt ſit circumdata à Venere, vel Ioue.

Vt ſit in Sextile, vel Trino alio- rum Planetarum.

Vt ſit in triplicitate, ideſt, in Cancro, Scorpione, & Piſcibus.

Vt ſit in Cancro, vel Tauro.

Vt ſit ſeparata à Marte, & Sa- turno.

Vt applicetur Veneri, vel Ioui.

Vt ſit ſeptemtrionalis.

Vt ſit libera, & egreſſa à coniũ- ctione Solis.

Vt ſit in ſigno fœmineo.

Vt ſit noctu ſuper terram, & die ſub terram.

De debilitate Lunæ.

VT ſit in coniunctione, op- poſitione, vel quadrato Mar tis, & Saturni.

Vt ſit in coniunctione, oppoſi- tione, vel quadrato Solis.

Vt ſit in coniunctione, oppoſi- tione, vel quadrato cum alijs quinque.

Vt ſit de oppoſitione domui exaltationis, ideſt, in Capricorno, vel Scorpione.

Vt sit disiuncta à Venere, & Ioue.

Vt applicetur Marti, & Saturno.

Vt meridionalis sit.

Vt subdat radijs Solis, idest cõbusta.

Vt sit in signo masculino.

Vt de nocte sit sub terra, & die supra terram.

Vt sit in propria coniunctione Solis.

Vt sit in capite, & cauda Draconis.

Et vt sit Eclypsata.

De vi quinquè Planetarum.

VT sint coniuncti cum fortunis, & in bonis aspectibus, interse.

Vt sint circumsepti à fortunis, vel ab earum radijs, ita vt cadant ab eis mali aspectus.

Vt sint vniti cum Sole, vel bonis aspectibus cum ipso.

Vt sint in bono aspectu cum Luna.

Vt sint in vna eorum dignitate.

Vt sint segregati ab infortunis, & applicentur fortunis, vel per coniunctionem, vel bonos aspectus.

Vt sint veloces in motibus.

Vt sint aucti lumine.

Vt sint directi, & recepti.

Vt sint in ascendẽte in septemrionem, vel se p: emtrionales.

Vt sit ascendens cum circulo eorum auge.

Vt sit in secunda pancione.

Vt sint diuisi à radijs solaribus.

Vt sint in angulis, vel subcadẽtibus.

Vt sint Venus, & Mercurius occidentales, & reliqui Soli superiores orientales.

Vt Venus, & Mercurius sint . . . . quadrati.

Vt Mars, & Venus, sint die sub terra, noctuq; super terram, & reliqui ad concursum circumcircà.

Vt sint eleuati supra inferiores.

Vt sint in eorum dignitatibus fortunarum.

De debilitate quinque Planetarum.

VT sint colligati cum infortunis, vel eorum malorum aspectuum.

Vt sint obcessis ab infortunis, vel eorum malis radijs.

Vt sint combusti, retrogradi, peregrini, & deficientes luminibus.

Vt sint malis aspectibus siuè Solis, siuè Lunæ.

Vt sint in oppositione eorum dignitatum cadentium ex angulis.

Vt sint, segregati à fortunis, & applicentur infortunis.

Vt sint in eorum terminis, & malorum domibus, vel infortunis.

Vt

Vt sint coniuncti, vel ad 12. gradus distantes a capite, & cauda Draconis.

Vt sint meridionales, vel descendentes in partem illam.

Vt sint descondentes, in circulum eorum auge.

Vt Venus, & Mercurius sint Occidentales a Sole,& reliqui Orientales.

Vt Venus, & Mercurius sint insignis masculinis,& cęteri infœmininis.

Vt sint Saturnus,& Iouis nocte super terram,& die subterra,& cęteri deinde ad concursum.

Vt sint coniuncti cum Planetis cadentibus absque receptione,& præcipuè infortunæ sint super ipsos eleuatæ.

Vt in eorum motibus tardi sint in prima stantione.

Quomodò figura cœlestis diuiditur in quatuor Angulis, & quatuor Anguli in duodecim signis cœlestibus, & duodecim signa in quatuor temporibus.

Cap. XVI.

POstera erecta figura, diuiditur in plures partes, prima in quatuor angulos, secunda in quatuor subcadentes, & tertia in quatuor cadentes.

De his Angulis succadentibus, & cadentibus fiunt duodecim signa, quæ sunt duodecim domus Zodiaci.

De his verò duodecim domibus, fiunt quatuor tempora; primæ tres domus, sunt decima, vndecima, & duodecima, quæ tres domus applicantur Orienti, & dicuntur Orientales, & masculinæ, quibus tribuitur humor sanguineus,& de temporibus Ver.

Tres aliæ domus sunt meridionales, videlicet septima, octaua, & nona,& tribuitur humor iracundus, & de temporibus Æstas.

Aliæ tres sunt Occidentales, scilicèt quarta, quinta, & sexta, his tribuitur humor mœstus,& de temporibus Autumnus.

Tres verò nouissimæ sunt Septentrionales, quę sunt prima, secunda, & tertia,& tribuitur humor pituitosus,& de temporibus Hyems.

An-

Angulus Orientalis,datur pueritiæ.
Angulus meridionalis,iuuentuti.
Angulus Occidentalis,senectuti.
Et Angulus Septemtrionalis,decrepitę ętati.

De declaratione aspectuum , exaltationum , casuum,dignitatum,facierum , terminorum, triplicitatum, detrimentorum , gaudiorum , prohibitionum , & aliorum.

Cap. XVII.

Quid sit coniunctio cumfortunis.

IN primis,coniunctio cum fortunis,dicit,vt,ille Planeta, quem quæritis in hora statuta,quando vultis operari,sit coniunctus cum Ioue,vel Venere;hi duo Planetę dicuntur fortunati.

Aspectus horas,quando dicitur, infortunæ, qui sunt Saturnus,& Mars.

In bono aspectu cum ipsis,est,quando aspiciunt de Trino , vel Sextile fortunas;in malo vero aspectu,de quadrato,vel oppositione.

Trinum sonat tertiam partem duodecim signorũ cęlestium, exempli gratia,si Sol erit 23.Arietis,vt fiat tertia pars duodecim,sic facietis; 23.Tauri,signum vnum completum;23.Gemini duo signa; 23. Cancri,tria signa;23.Leonis,quatuor signa completa , & faciunt aspectum trinum;signa sunt duodecim;vnum signum cõtinet 30.gradus;tertia pars sunt quatuor signa,& gradus 120.

Sextilis est sexta pars duodecim,quæ sunt duo signa;23. Arietis, ad 23.Tauri est signum vnum;23.Gemini duo signa;qui sunt 60.gradus; hæc signa dicuntur aspectus benefici.

Cum autem fuerint in maleficis aspectibus , hoc erit, quando sunt de quadrato, vel oppositione;quadratum dicit quartam partem duo-
de-

decim signorum, idest, tria signa, qui 90. sunt gradus; & erit 23. Arietis; 23. Tauri 30. 23 Gemini 30. & 23. Cancri 30.

Tria ergò 30. ducta 90. constituunt, quæ quarta pars est Zodiaci, qui duodecim signa continet per gradus 360. Oppositio est per sex signa, quæ est medietas 360. medietas vero 360. sunt 180. ergò sex 30. ducta 180. perficiunt.

Et incohado (vt fecistis) ex alijs aspectibus, à 23. Arietis, sic facietis, 23. Tauri, 30. 23. Gemini 60. 23. Cancri 60. 23. Leonis 120. 23. Virginis 150 & 23. Libræ 180. per gradus 60. Sextile formant, per 90. gradus, quadratum, per 120 Trinum, & per 180. oppositionem.

Coniunctio est, quando duo Planetæ sunt in eodem signo, cum ipsis gradibus, & minutis. Quando coniunctio Planetarum est cum bonis, bona est, quando cum malis, pessima est.

Horum aspectuum quisquè dici potest aspectus partilis, cùm verò minus est quinquè gradibus, verbi gratia, 23. Arietis, cum 19. Leonis, potest dici Trinum partile; dicere autem trinum partilitèr, sunt 23. Arietis, & 23. Leonis; quando verò fuerint plus, & minus quinque graduum, dicetur Trinum, ratione signorum; sed respectu graduum, cum sint plus, & minus quinquè dicetur Trinum placticum, & quod dictũ extat de Trino, sic est intelligendum, de ceteris aspectibus circumuallatis à fortunis, vel eorum radijs.

Circuitio fortunæ, dicitur, quando Iuppiter eã de Trino aspicit, ex vna parte; & Venus ex altera, de Trino, vel Sextili, exempli gratia, volo operari sub Planeta Mercurij, quem reperio 27. Arietis; Iouem 21. Gemini, & Venerem 24. Aquarij, circumspiciunt ambò Mercurium de Sextili.

Quando dicitur obsessus ab infortunis, vel eorum radijs; intelligitur aspectus de quadrato, vel oppositione, vel eorum immissis maleficis coniunctionis radijs.

Vt sint in bono aspectu cum Luna.

VT, quem quæritis, Planeta sit de bono aspectu cum Luna, id est de Trino, vel Sextili.

Vt sint in aliqua eorum dignitate.

TVnc Planeta dicitur esse in dignitate, quando erit in propria domo, vel exaltatione in vno ex terminis in facie, vel in angulis, quãdo verò priùs erit ipsis dignitatibus, tunc dicetur peregrinus.

Vt sint segrati ab infortunis, & applicentur fortunis, vel coniũctione, vel alijs bonis aspectibus.

ESse segregatos ab infortunis, est, quando Planeta foret egressus à maleficis aspectibus, & applicetur vni ex beneficis, hoc est, vt exeat à quadrato Martis, vel Saturni, & applicetur alicui Sextili, vel trino Iouis, vel Veneris.

Vt sint veloces in motu.

VElocitas motus, est, quando quis Planeta facit paulò amplius, quàm facturus est in suo cursu. Exemplum, Mars in suo naturali motu, est facturus 30. minutos, dum facit 35. vel plus, dicetur motus esse velox, & è contra quando dicuntur tardi esse motus, cùm loco 30. minutorum, faceret 20.

Vt sint aucti luminibus directis. & receptis.

AVctio luminum fit, quando plures Planetæ confluunt ad coniunctionem vnius, quia eo ipso tempore plura in vnum restringũtur lumine.

Vt sint directi, & non retrogradiantur.

VT Planeta beneficus; cum beneficis luminaribus, vniatur illi Planetæ, qui receptus est.

Vt sit in Ascendente, vel septemtrionalibus.

VT, quem vultis, Planeta sit in Ascendente, idest, in prima domo, qui præcipuus est angulus Orientis.

Vt postea sit Septemtrionalis, duobus in locis à Sole diffunduntur Planetæ, à meridie scilicet, & à septemtrione, cùm fuerit à meridie dicetur meridionalis, cumq; à septemtrione, septemtrionalis.

Vt

Vt sit ascendens in circulo ipsorum auge.

TVnc dicitur ascendens esse in circulo ipsorum auge; cum per gradus 90. longè distabit.

Vt sit in secunda stansione.

DIcitur secunda stantio, cùm quis Planeta desinit esse retrogradus, & fit directus.
Prima stantio est. cùm quis Planeta incipit esse retrogradus.

Vt sint distincti à Solis radijs.

SEparatio à Solis radijs intelligitur longè distare ab illo Planeta 12. gradibus tam ante, quàm retro.

Vt sint in angulo, vel succedentibus.

ANguli sunt quatuor, videlicet, prima, decima, septima, & quarta.
Succadens primæ, & secunda, succadens decimæ, est vndecima, succadens septimæ est octaua, & succadens quartæ est quinta.

Vt sint Venus, & Mercurius Occidentales.

TVnc dicuntur Planetæ esse Orientales, quando, in ortu Solis, illi Planetæ erunt supra nostrum Orizontem.
Occidentales verò, cùm fuerint vespertini, & obibent occidentem versus.
Iterum dicuntur etiam Orientales, cum peregerint coniunctionē cum Sole, donec veniat ad Oppositionem, & post Oppositionem, vsq; ad coniunctionem dicuntur Occidentales.

Quæ sint signa masculina.

ARies, Gemini, Leo, Libra, Sagittarius, & Aquarius, hij, masculina signa sunt.

Vt Venus, & Mercurius sint in quarta.

QVarta est Angulus Septemtrionalis, idest, imum cœlum.

Digitized by Google

Vt Mars, & Venus sint die subter, & nocte supra terram, & reliqui circumcirca.

SEx sunt domus, quæ super terram sunt, ac totidem subter, scilicèt prima, secunda, tertia, quarta, quinta, & sexta sunt subter terra, & quę super, sunt septima, octaua, nona, decima, vndecima, & duodecima.

Circùm conuersus est, quando cęteri Planetæ, beneficis circumradiant radijs.

Vt sint eleuati desuper inferioribus.

CVM quis Planeta debet esse meridionalis, & erit Septemtrionalis, & eleuatus supra illũ, tunc dicetur eleuatus super inferiore.

Vt sint in eorum dignitatibus fortunarum.

DIgnitas Planetarum, est, quando Planeta erit in domo propria, vel exaltatione, triplicitate, aut in facie, vel terminis, & in bonis aspectibus Veneris, & Iouis.

Voluimus hæc parua exponere, tamquàm magis necessaria ad exhibendas medelas ęgrotis.

Formulæ, & obseruationes cucurbitandi, & mittendi sanguinem. Cap. XVIII.

CVcurbitare, & mittere sanguinẽ corporum humanorũ pro salute, bonum est, vt Luna sit in signo Arietis, pro pituitosis, hoc enim tempore, hi possunt curari per totum corpus, præterquàm caput.

Si erit Luna in Sagittario, est, bonum pituitosos cucurbitare, & mittere sanguinem per totum corpus, sed non tangendæ cosciæ.

Si in Libra, & Aquario, est bonum mœstis extrahere sanguinem, & cucurbitare, sed in Libra prætermittite lumbos, & in Aquario crura.

Si in Cancro, Scorpione, & Piscibus, optimũ est mittẽdi sanguinis, & cucurbitare iracundos, sed cauete pectus tangere in Cancro; pudendæ in Scorpione, & pedes in Piscibus.

Si in Gemini, vel Leone, caueant omnes extrahere sanguinem, & cu-

cucurbitare;in iſtis autem ſignis non eſt purgādus humor ſanguineus, nam ſanguis verum eſt nutrimentum hominis.

Eſtote peruigiles, quando Luna graditur per ſigna prædominantia membra corporis,nec ferro illa tangēdo,nec igne;vt eſt,caput in Ariete,collum in Tauro,& ſic de ſingulis.

Quoties Luna proficiſcetur ad coniunctionem Solis per duos dies antea,& poſt,nullo modo eſt curcubitandum, nec mittendus ſanguinem,coniunctio ſiquidem,nouilunium eſt.

Quando ad oppoſitionem ibit per diem antea, & poſt, nèdum cucurbitandum, nec ſanguis mittendus eſt, ſed nec vlla medicina exhibenda,oppoſitio etenim eſt, quando Luna conuertitur ad defectionem,quod dicitur Plenilunium.

Valdè proficuum eſt ægrotis,aſpectus cognoſcere, quos Luna habet cum omnibus Planetis.

Animaduertite, quia in Luna præſident quatuor præcipuę virtutes corporis,quæ ſunt attractiua,retentiua,digeſtiua,& expulſiua, vt ideò magis Lunam ducimus,quàm alium Planetam.

Cùm fuerit in triplicitate ignea ipſa Luna,ideſt,in vno trium ſignorum,qui Aries eſt,Leo,& Sagittarius, valdè bona eſt, ad confirmandā virtutem attractiuam, quæ mœſtum humorem vegetat cùm calidus ſit & ſiccus.Huiuſmodi autem triplicitatis ommittite ſignum Leonis, & in triplicitate aerea linquite ſignum Gemini.

Cùm fuerit in triplicitate terrea,hoc eſt,Tauro,Virgine,& Capricorno,eſt bona ad conualidandum retentiuam,quæ vegetat humorem mœſtum.

Quando in triplicitate aerea,qui Gemini ſunt, Libra, & Aquarius eſt bona pro reſtauranda digeſtiua, cui tribuitur humor ſanguineus, ex quò calidi ipſi ſunt,& humidi.

Quando vero in triplicitate aquea,qui Cancer eſt,Scorpio,& Piſcis, eſt bona pro conſolidanda expulſiua,cui,cum frigida ſit, & humida, pituitoſus datur humor.

Electio temporum ad sumendas medicinas secundum Lunæ triplicitatem, quæ distinguitur in quatuor elementa.

Cap. XIX.

PRima triplicitas ignea est,& congruit iracundis.
Secunda terrea.quæ mœstis consona est.
Tertia Aerea,quæ sanguineis conuenit.
Quarta Aquea,quæ pituitosos accit.
Medicinæ possunt ægrotis tribus modis exhiberi,in eclegmis,inpotione,& pillulis.

Ex his quatuor triplicitatibus, duæ sunt ad corpus purgandum, aquea scilicet,& aerea.

Cum igitur Luna fuerit in signo Cancri,& Sextili, vel Trino Iouis, seù Veneris, est vehementer bona ad humana corpora purganda iracundis,cum eclegmis.

In Sextili,vel Trino Solis,ad purgandas pituitas.

In Sexili,vel Trino Iouis,in quoquo signo ipsa sit, ad mœstitiam purgandam,hoc verò genera humorum sunt cuncta curanda cum eclegmis.

Cum fuerit in Scorpione,Sestili, vel Trino Veneris, valdè bona est pro suscipiendis medicinis in potione, ad quodquè iracundiæ genus curandum.

Cùm fuerit in Sextili,vel Trino Solis,est propitia ad purgandum pituitam.

Cum in Sextili,vel Trino Iouis, est opposita pro expurganda mœstitia,hæ omnes infirmitates eclegmis curantur.

Cum fuerit Luna in Scorpione de Sextili,vel Trino Veneris, possunt sumi medicinæ in potione,& vehementer iracundiæ pro sunt.

Quando de Sextili,vel Trino Solis,illicitum est pituitosis.

Quando de Sextili,vel trino Iouis linimentum est mœstis.

Quãdo fuerit in Piscibus,de Sextili,vel Trino Veneris,in pillulis est bona medicina pro abluenda iracundia.

Quando in Sestili, vel trino Solis, est ad purgandum pituitam, & quando in Sextili,vel trino Iouis,ad mœstitiam exterminandam.

Quan-

Quando in *Piscibus*,& Sextili, vel trino Veneris, in *Pillulis* est bona pro imminuenda iracundia.

Quando in Sextili, vel trino Solis, est ad proferendum pituitam, & in Sextili, vel trino Iouis, bona est ad abiiciendam mœstitiam.

Diximus de humore sanguineo, qui cum sit proficuus, non est purgãdus, vel vllo genere medicinarum.

Est aduertendum, in supra comendatis aspectibus, Venerem non esse combustam cum nullo luminarium, & præcipuè cum Sole, quia quæuis, harum trium medicinarum, quæ suscipienda foret, vel eclegmis, potione, aut pillulis, ad damnum conuerteretur, infirmorum.

Tunc dicitur Luna combusta, cum fuerit in coniuctione Solis, per 12. gradus ante, ac tantundem post, verbi gratia, Sol erit cum 5. gradu Scorpionis, & Venus cum 16. ipsius Scorpionis, tunc dicitur combusta, at si Sol erit in ipso gradu 5. & Venus cum 18. tunc dicetur non amplius combusta; & quod diximus de Venere, sic de cœteris dicimus.

Prorsus prohibemus exhibere medicinas cuiusq; generis, Luna in Gemini morante, nam præter quòd nulli prodest medicamen humanorum corporum, magno est detrimento; multotiès enim accidit purgare corpora in malis minimis, & maiora fiunt quàm prius.

Quando in Libra Luna est, vel Aquario, optimum est cum electuarijs purgare, potionibus, & pillulis, vt magis placet medico ęgrotorum curam habenti.

Quomodo operatur Luna in beneficis aspectibus. Cap.XX.

QVando Luna est de Sextili, vel trino Veneris, bonum est purgare iracundiam.

In Sextili, vel trino Solis, pituitam.

In Sextili, vel trino Iouis, mœstitiam.

Hæc tria humorum genera vexant humana corpora omnibus malorum generibus.

Vt cumquè potest, nullum est exhibendum medicinarum genus quando Luna, & Sol, sunt cum Stellis maleficis, & potissimũ natura Martis, & Saturni.

Monemus ampliũs, quia in capite purgando, quò magis Luna debi-

bilis est,magis infirmo prodest,& quò fortior,eò perniciosior, vt propterea ad amusim egimus de fortitudine,& inualiditate Lunæ.

In pulmone purgando,sit Mercurius debilus.

In purgandis genitalibus,sit Venus infirma.

In purgandis deliquijs cordis,sit Sol imbecillis.

In felle purgando,renibus,& iracundia,sit Mars fractus.

In sangine,& Iecore purgandis,sit Iuppiter desexus.

In splene purgando, mœstitia; & obstrutionibus, sit Saturnus quassatus.

De modo habendo in sanguine mittendo infirmis. Cap. XXI.

QVatuor generalia sunt obseruanda ad sanguinem mittendum infirmis,primo omninò cauendum, vt sit ęstiuis temporibus, nec hyemis in immensis algoribus, quia in ęstate sanguis vitiatur,& hyeme congelatur.

Secundo nunquam est senibus mittendus sanguis, neq; pueris,quia in senibus torrescit humor, & pueris præpeditur negatiua.

Tertio est valdè benè cognoscendum temperamentum hominis; vt propterea omni conatu in exordio speculi huius cęlestis;nos cumu latè disputauimus de physiognomia Planetarum, ac de cœlestibus signis,vt sui habitus homo compos esset.

Quarto considerandum,cuius qualitatis,& vis, sit corpus, quando mittendus est sanguinis,quæ sunt verò regulæ obseruandæ,hæ sunt.

Quando Luna est in Ariete,valet mittere sanguinem pituitosis, sed benè cauendum,ne patientes capite laborent.

Quando est Libra, valet pro mœstis, sed ne patiantur in lumbis.

Quando est in Cancro,valet pro iracundis,sed ne languescant circa pectus,

De Lunæ aspectibus cum Planetis pro extrahendo sanguine. Cap. XXII.

CVM Luna fuerit in coniunctione, Sextili, vel trino cum Ioue, aut Venere, optimum est, & opportunum mittere sanguinẽ; & nedum in his beneficis aspectibus, sed in omni alio, in quo Luna foret cum eiusdem duobus fortunis.

Quando Luna incipit crescere, quod dicitur nouilunium, siue Luna noua, Astrologi vocant Lunæ primum aspectum, coniunctionem; secundum aspectum vocant primum quartum, tertium vocant oppositionem; & quartum vocant secundum quartum.

In coniunctione, qui est primus aspectus, pro graui necessitate, potest concedi, vt in decrepitate mittatur sanguis, sed non in die coniunctionis, & ad minus distet à Sole per 13. gradus ante & post.

In primo quarto, est bonum iuuenibus in suis necessitatibus, quia habent sanguinem valdè vegetum.

In oppositione, est bonum sterilitati, causa redundantiæ; & in secundo quarto, senibus, pro diminutione sanguinis.

Nunquam est sanguis mittendus in diebus Lunæ, sed semper prius, & post.

In primo quarto est bonum pro pituitosis.

In secundo quarto pro mœstis.

In oppositione pro sanguineis.

Et in coniunctione pro iracundis.

Quando Luna est in coniunctione Martis, vel Saturni, prohibetur mittere sanguinem per diem ante, & post; prohibitio Veneris, est dũtaxat, vt alias diximus, quando ust combusta.

Idem de Mercurio dicimus, quemadmodum de Venere.

Quando Luna est in oppositione Solis, nulli hominum est sanguis mittendus per diem ante, & post.

Idem dicimus de duobus infortunijs, per diem naturalem.

In primo, & secundo, quarto ad decem gradus infra.

In omni aspectu Sextili, vel trino quouis, licet sint infortuniorum bonum est ad mittendum sanginem.

Ad præbendos gargarismos.

Luna in Ariete semper est bonum.

De suffomigijs, & sternutaorijs.

Luna in Libra, vel Scorpione bonum est.

De balneis vtendis.

LVna in triplicitate terrea, qui Taurus est, Virgo, & Capricornus, non est bonum vti balneis. quia frigidi sunt, & sicci natura terræ, & corporis poros arctant, nec bona est aerea triplicitas, qui Gemini sunt, Libra, & Aquarius; sed ignea triplicitas, qui est Aries, Leo, & Sagittarius, calidi, & sicci, naturā ignis, habentes proprietatem grandem iu resoluendis, & aperiendis poris.

Item bonum est in aquea triplicitate, quoniam eo tempore, humores, & superficia humanorum corporum, apta sunt ad solutionem causa balneorum.

Ad sciendum, qui sit dies mensium bonus, faustus, vel infaustus, pro suscipiendis medicinis, sanguine mittendo, & similia, & pro nauigatione, & Agricultura.

Menses	Boni.	infausti.	mali.
Ianuarius.	9. 12.	3. 10. 13.	1. 16.
Februarius.	4. 15.	13. 16. 19.	1. 19.
Martius.	6. 17.	13. 15. 16.	8. 28.
Aprilis.	6. 28.	5. 14. 20.	9. 20.
Maius.	13. 21.	8. 14. 20.	3. 20.
Iunius.	17. 27.	1. 6. 7.	1. 12.
Iulius.	18. 23.	3. 13. 19.	3. 13.
Augustus.	16. 24.	8. 15. 26.	6. 26.
September.	16. 25.	1. 15. 19.	6. 21.
October.	6. 22.	3. 16. 21.	3. 21.
Nouember.	21. 28.	15. 16. 22.	3. 32.
December.	8. 9.	6. 15. 22.	7. 22.

Tres dies difficiles in quibus nihil est operandum, sunt.

Postremus Lunæ Aprilis, propter pleyades.

Primus Lunæ Augusti, propter caniculam.

Postremus Lunæ Decembris, propter oppositum Cancri, & principium Leonis.

De 30. diebus Lunę, & effectibus, quos potest influere his, qui infirmantur, in diebus istis. Cap. XXIII.

SI vere sciremus aspectus, quos cum Luna dietim faciunt Planetæ, per dies 29. & horas 12. quibus illustrat 12. domos Zodiaci, per facile quoq; intelligeremus, quid ęgrotis accidere possit; sed quò pertingere nequimus pro nostræ imbecillitate memoriæ tantorum causa diuersorū aspectuum, quos indifferenter faciunt Planetæ, operæpretium est, vt deficiente accidente, suppleat substantia, quod est, ad effemeridas cōfugere eorū tēporum, quibus de infirmo, quid scire velitis indagatis, quia ibi in dies inuenietis omnes aspectus ipsorū, quos, cū obtinere nequibitis, simpliciter poterti vti quasi 30. Lunę diebus; procerto habentes, quòd, si tempore illo, quo de infirmo discepta bitis, Luna libera erit, proculdubio succedet quod in tali die significabit; & quando (exemplum) dicet morrem, & minime succedet, considerate fortunas satis fuisse validas in suis locis topitis; contrà, postmodum si de vita, & mors procedet; tunc enim credendum est, Saturnum, & Martem in mortiferis esse locis; quòd si effemeridas habuissetis, & visis aspectibus, & configuratione fortunarum, & infortuniorum, non esset ambigendum, sed solūm diceretur illud, quod simpliciter per se ipsam poteſt indicare Luna.

1 Cum quis infirmatur in prima die Lunæ, tres patietur ter . . . sed tandem conualescet, ex ea infirmitate.

2 In secunda die sentiet periculum, sed non morietur.

3 In tertia die grauia discrimina gustabit, sed exitus bonus erit.

4 In quarta die, etsi graue malū, citò tamen conualescet è morbo.

5 In quinta plura subibit pericula mortis, sed non recedet.

6 In sexta longa afficietur infirmitate, sed non recedet.

7 In septima, est dies quadrati Lunæ ad Solem, & periculum portabit mortis.

8 In octaua, quia septimus est particeps, ideò discrimen vitę.

9 In nona licèt graue malum, ac diutinum, sanitate gaudebit.

10 In decima est in summo periculo mortis.

11 In vndecima, Luna ad trinū Solis, leui infirmitate quatietur, & breui curabitur.

12 In duodecima pessimam, mortalemq; minatur infirmitatem languenti.

Digitized by Google

13 In decimatertia infirmatur quis statimq; conualescit.
14 In decima quarta, longa quæ sit affectio sanabitur.
15 In decimaquinta, Luna in oppositione Solis, comminatur mortem.
16 In decimasexta, ęgrotabit, & confirmabitur.
17 In decimaseptima, vt supra conualescet.
18 In decimaoctaua bona est præ Sextili sinistro Lunæ ad Solem.
19 In decimanona cum ipso Sextili meat, & citò sanatur qui infirmatur.
20 In vigesima Luna intrat quartum secundum cum Sole, periculum est mortis.
21 In vigesimaprima, quisquis infirmatus, conciliatur.
22 In vigesimasecunda languens cito subleuatur.
23 In vigesimatertia, longam infirmitatem ibibit.
24 vigesimaquarta, Luna ad trinum sinistrum Solis, alleuiatur infirmus.
25 In vigesimaquinta commeat cum vigesimaquarta, citius salute pollebit, & sine periculis.
26 In vigesimasexta eruetur hac infirmitate.
27 In vigesimaquinta vehementer mors imminet.
28 In vigesimaoctaua cuiusq; rei periculum vitabit.
29. In vigesimanona si infirmatur quis, morietur.
30 In trigesima præ Lunæ coniunctionis ad Solem, è vita discedet.

De septem Planetis, cursus vitæ cronicatoribus. Cap. XXVI.

CErtum est, & magno nempè adiumento ęgrotis, eorum non ignorare annos ætatis, & punctum ortus, quoniam duo simul bona fierent, videlicet, vehementer adiuuaretur infirmus, & medicus famā cōsequiretur, & gloriam, nam sciendo horam certam genesis illius, sciretur Planeta dominator, dominium habens, quo habito audacter ad tabulas confugiet cronicatorum, quas inferius scripsimus, in quibus ætatem quærite insumi, & aduertite prius, si diurna, vel nocturna sit natiuitas, quæ si diurna, ad leuam quærite tabulam, & si nocturna addextram; & in quaq; tabula erunt quatuor ordines; in primo ad sunt Planetæ; in secundo anni; in tertio menses; & in quarto dies; & erunt dominia, quæ Planetæ ad vsq; illa tempora, qui-

quibus finitis, statim conspicitur alius Planeta accipere dominium; & vt efficacius intelligamur ab omnibus, ponemus exemplum; & curam supponamus vnius ęgroti, qui, progenesi facta, sit in dominio Veneris, & Venus in dominio diurno, & ætas ipsius infirmi eo tempore caderet in annos 45. non completos; hoc modo facietis; Quærite cronicatores, & denominationem supra, quæ dicit cronicatore. Veneris, & ad lęuam respicite, vt diximus, quæ est in dominio diei, & descendite deorsum quoad inuenietis annos 45. menses 8. & dies 18. ad quorum aerem numerorum ex parte sinistra, inuenietis duos characteres Planetarum, sic signatos ♄. ☉. primus dicit Saturnum, secundum verò Solem, hi duo Planetæ erunt hoc tempore cornicatores illius anni, quē vultis legite in primo libro, in capitulo, vbi agitur de infirmitatibus, quas indicāt Planetæ, ibi enim abundè declarauimus, qui sit ille morbus, quem patitur miser infirmus; aduertite peiorem nō inueniri coniunctionē, quàm illa Solis, virtus namq; solaris vim abradit quorūcūq; Planetarum; qui si forent infortunati, eò deteriores, & periculosiores importabunt infirmitates; sin autem cronicator Veneris esset nocturnus, quęrite in tabula ex parte dextra Veneris, annos 45. quia loco 45 inuenietis annos 45, menses 8. & dies 20. & in aera ipsius tabulæ cronocatorum noctis, recte 44. 8. 20. inuenietis cronicatores Solem, & Lunam esse, & hic differunt à cronicatoribus diei, quoniam in illis erāt Saturnus, & Sol, & in istis Sol, & Luna; & quod de hoc exēplo diximus, de alioquocumq; est sentiendum.

Cum verò, ex curiosis harum nostrarum scientiarum, aliquis velit scire vim demonstratiuam, quam habent hi cronicatores; peruoluat quæso Metopposcopos nostras tabulas in Tertio Libro, naturalis Metoposcopię, vbi disputatur de significatis eorum, & ibi cognoscet, quēadmodum causæ secundæ influāt in humana corpora tàm bonas, quā malas indispositiones, & id totum per cronicatores coniecturatur, & quod dicimus, vt verum sit, experientia probatur, nàm duo contraria, inter se corrumpuntur, calidum videlicèt, & siccum, & frigidum, & humidum breui interuallo, emittunt corruptionem; quid ergò mirum, si vno ipso tempore duo cronicatores vnius erunt corporis dominatores? quorum alter alteri aduersatur, vt patet supra; in allato exemplo Veneris diurno, vbi adsunt Saturnus, & Sol cronicatores, alter natura frigidus, & siccus, alter vero calidus, & siccus. Alias de in alijs temporibus vnus dominator accedit, verumtamen denegare nequimus, vt plurimum, & semper alterum, cum altero concomitari; vndè hac vnione oritur nedùm alteratio humoris, verū etiam corruptio sanguinis, & ex hoc, cuncta causantur genera morborum: & secundum naturam

Planetæ dominantis,sic similes eiusdē naturæ producet effectus; proptereà .n. in situatis locis, satis diximus illas omnes infirmitates magis cognitas,quas septem Planetæ solēt importare,quod duobus modis habendum est vel in primordio mali,vel in eiusdem curatione, ac reali natiuitate,nàm in hoc satis obseruauerunt Astrologi in initio infirmitatis , vt iudicarent qui nàm Planetarum importaret infirmitatē illam,quo perspecto,quia illo tempore infirmitatis, Saturnus cadebat in sexta cum quadrato Solis,& postea considerata radice,inuenerunt, in eorum natiuitatibus,Saturnum in sexta , & quadrato Solis; & hinc Astrologis haud paucæ interponuntur disputationes,an alter alteri cōmunicet,& sic eorū alij alias afferūt rationes. Nos aūt in nostris obseruationibus,sēper probauimus fuisse mortales infirmitates ,pueniētes ex directionibus, & Eclypsibus;& licèt dicāt per Cometas,credimus, nō tū experti sumus nostris tēporibus reuolutiones,profectiones,atq; progressus mortē importare, nisi adsit directio stellarū maleficarum , itaq; allucinantur illi,qui id autumant;Nàm hinc tota pendet Astrologorum difficultas,in erigenda videlicet districta figura,quia illius coniecturatio facilior est illo,quàm in mente sua homo potest excogitare,& pro veritate;considerate,quanta facilitate vobis aperuimus peractas à nobis obseruationes , vt capaces essetis scientiæ huius tàm necessariæ humanæ saluti.

Tabula septem, Planetarum Cronicatorum tùm in illos de die nascentes,tùm de nocte. Cap. XXV.

Cronicatores Lunæ de die nascentium.

☉	1	5	5
☉♀	2	10	9
☉☿	4	3	13
☉☽	5	8	17
☉♄	7	1	22
☉♃	8	6	26
☉♂	10	0	0
♀	11	1	22
☿♀	12	3	13
♀☽	13	5	4
♀♄	14	6	26
♀♃	15	8	17
♀♂	16	10	9

Cronicatores Lunæ de nocte nascentiū.

☽	1	3	13
☽♄	2	6	26
☽♃	3	10	9
☽♂	5	1	22
☽☉	6	5	4
☽♀	7	8	18
☽☿	9	0	0
♄	10	6	26
♄♃	12	1	22
♄♂	13	8	18
♄☉	25	3	14
♄♀	16	10	9

Cro-

Cronicatores Mercurij diurni.

	Anni,	menses,	dies,
♀☉	18	0	0
☿	19	10	9
☿☽	21	8	17
☿♄	23	6	26
☿♃	25	5	4
☿♂	27	3	13
☿☉	29	1	22
☿♂	31	0	0
☽	32	3	13
☽♄	33	6	26
☽♃	34	10	9

Cronicatores Mercurij nocturni.

	Anni,	manses	dies,
♄☿	18	5	9
♄☽	20	0	0
♃	21	8	17
♃♂	23	5	4
♃☉	25	1	22
♃♀	26	10	8
♃☿	28	6	25
♃☽	30	3	13
♃♄	32	0	0
♂	33	0	0
♂☉	34	0	0
♂♀	35	0	0

Cronicatores Veneris diurni.

	Anni,	menses,	dies,
☽♂	36	1	22
☉☽	37	3	5
☽☿	38	8	17
♄	40	0	0
♃♄	41	6	26
♄♂	43	1	22
♄☉	44	8	18
♄♀	46	3	14
♄☿	49	5	6
♄☽	51	0	0

Cronicatores Veneris nocturni.

	Anni,	menses,	dies,
♂☿	36	0	0
♂☽	37	0	0
♂♄	38	0	0
♄♃	39	0	0
☉	40	5	5
☉♀	41	10	10
☉☿	43	3	15
☉☽	44	8	20
☉♄	45	1	25
☉♃	47	7	0
♂	49	0	0
♀	50	1	22
♀☿	51	3	14
♀☉	52	5	16

Cro.

Cronicatores Solis diurni.

	Anni,	menses,	dies,
♃	52	8	17
♃♂	54	5	4
♃☉	56	1	21
♃☿	57	10	8
♃♀	59	6	23
♃☽	61	3	10
♃♄	63	0	0
♂	64	0	0
♂☉	65	0	0
♂♀	66	0	0
♂☿	67	0	0
♂☽	68	0	0
♂♄	69	0	0

Cronicatores Solis nocturni.

	Anni,	menses,	dies,
♀☽	52	5	16
♀♄	53	6	26
♀♃	54	8	20
♀♂	55	10	8
♀☉	57	0	0
☿	58	10	9
☿☽	60	8	17
☿♄	62	6	26
☿♃	64	5	4
☿♂	66	3	13
☿☉	68	1	22

Cronicatores Martis diurni.

	Anni,	menses,	dies,
♂♃	70	0	0
☊	73	0	0
☋	75	0	0
☉	76	5	5
☉♀	77	10	9
☉☿	79	3	13
☉☽	80	8	17
☉♄	82	1	22
☉♃	83	6	26
☉♂	85	0	0
♀	86	1	22

Cronicatores Martis nocturni.

	Anni,	menses,	dies,
☿♀	70	0	0
☊	73	0	0
☋	75	0	0
☽	76	3	13
☽♄	77	6	6
☽♃	78	10	29
☽♂	80	2	12
☽☉	81	5	25
☽♀	82	9	0
☽☿	84	0	12
♄	85	7	8

Cronicatores Iouis diurni.

	Anni,	menſes,	dies,
♀☿	87	3	13
♀☽	88	5	4
♀♄	89	6	26
♀♃	90	8	17
♀♂	91	10	9
♀☉	93	0	0
☿	94	10	9
☿☽	96	8	17
☿♄	97	6	26
♄♃	99	6	18
☿♂	101	4	27
☿☉	103	3	6

Crocinatores Iouis nocturni.

	Anni,	menſes,	dies,
♄♃	87	3	4
♄♂	89	5	14
♄☉	90	7	10
♄♀	92	2	5
♄☿	93	9	5
♄☽	95	3	26
♃	97	0	13
♃♂	98	9	0
♃☉	100	5	18
♃♀	102	2	4

Cronicatores Saturni diurni.

	Anni,	menſes,	dies,
☿☉	103	3	6
☿♀	105	1	14
☽	106	4	27
☽♄	107	8	10
☽♃	108	11	23
☽♂	110	3	6
☽☉	111	6	19
☽♀	112	10	1
☽☿	114	1	14
♄	115	8	10
♄♃	117	2	6
♄♂	118	5	2
♄☉	120	0	0

Cronicatores Saturni nocturni.

	Anni,	menſes,	dies,
♃☿	103	10	12
♃☽	105	7	0
♃♄	107	3	17
♂	108	3	13
♂☉	109	3	17
♂♀	110	3	17
♂☿	111	3	17
♂☽	112	3	17
♂♄	113	3	17
♂♃	114	3	17
☉	115	9	22
☉♀	117	1	23
☉☿	118	6	28
☉☽	120	0	0

Tabula annorum climactericorum ætatis hominis. Cap.XXVI.

Luna Infantia	1 Luna 2 Mercur. 3 Venus 4 Sol; 5 Mars 6 Iuppiter 7 Saturn.	Iuppiter Iuuentus pars tertia	36 Luna 37 Mercur. 38 Venus 39 Sol 40 Mars 41 Iuppiter 42 Saturn.	Sol Decrepitas pars prima	71 Luna 72 Mercur. 73 Venus 74 Sol 75 Mars 76 Iuppiter 77 Saturn.
Mercurius Pueritia	8 Luna 9 Mercur. 10 Venus 11 Sol 12 Mars 13 Iuppiter 14 Saturn.	Saturnus Virilitas pars prima	43 Luna 44 Mercur. 45 Venas 46 Sol 47 Mars 48 Iuppiter 49 Saturn.	Mars Decrepitas pars ſecunda	78 Luna 79 Mercur. 80 Venus 81 Sol 82 Mars 83 Iuppiter 84 Saturn.
Venus Adoleſcentia	15 Luna 16 Mercur. 17 Venus 18 Sol 19 Mars 20 Iuppiter 21 Saturn.	Luna Virilitas pars ſecunda	50 Luna 51 Mercur. 52 Venus 53 Sol 54 Mars 55 Iuppiter 56 Saturn.	Iuppiter Decrepitas pars tertia	85 Luna 86 Mercur. 87 Venus 88 Sol 89 Mars 90 Iuppiter 91 Saturn.
Sol. Iuuentus	22 Luna 23 Mercur. 24 Venus 25 Sol 26 Mars 27 Iuppiter 28 Saturn.	Mercurius Senectus pars prima	57 Luna 58 Mercur. 59 Venus 60 Sol 61 Mars 62 Iuppiter 63 Saturn.	Saturnus Decrepitas pars quarta	92 Luna 93 Mercur. 94 Venus 95 Sol 96 Mars 97 Iuppiter 98 Saturn.
Mars Iuuentus pars ſecunda	29 Luna 30 Mercur. 31 Venus 32 Sol 33 Mars 34 Iuppiter 35 Saturn.	Venus Senectus pars ſecunda	64 Luna 65 Mercur. 66 Venus 67 Sol 68 Mats 69 Iuppiter 70 Saturn.		

Ex-

Expoſitio Tabulæ climaſtericæ.

PRæſens Tabula ab hominis infantia primum principium tenet, & ad quartam decrepitatis partem terminat ipſius; primi ſiquidem ſeptenariorum anni è Luna ſumuntur,& relinquuntur Saturno,& quemadmodum proceditur in primo hoc ſeptenario,ſic cętera omnia ſequuntur.

Secundum ſeptenarium Mercurio tribuitur cum pueritia, & terminatur ad quartum decimum annum.

Tertium Veneri,vſq; ad vigeſimum primum cum adoleſcentia.

Quartum Soli,vſquè ad vigeſimum octauum cum prima parte iuuentutis.

Quintum Marti,vſq; ad trigeſimum quintum,cum ſecunda parte iuuentutis.

Sextum Ioui vſq; ad quadrageſimum ſecundum annum,cum tertia parte iuuentutis.

Septimum Saturno vſq; ad quadraginta nouem,cum prima parte virilitatis.

Octauum Lunæ,vſquè ad quinquagintaſex, cum ſecunda parte virilitatis.

Nonum Mercurio,vſquè ad ſexaginta tres cum prima parte virilitatis.

Decimum Veneri, vſquè ad ſeptuaginta, cum ſecunda parte ſenectutis.

Vndecimum Soli, vſquè ad ſeptuagintaſeptem, cum prima parte decrepitatis.

Duodecimum Marti,vſq;ad octuaginta quatuor,cum ſecunda parte decrepitatis.

Tertiumdecimum,Ioui,vſq; ad nonageſimūprimū,cum tertia parte decrepitatis.

Quartum verò decimum, Saturno, vſquè ad nonageſimumoctauum,cum quarta parte decrepitatis; quòd ſi vitæ, plures eſſent anni, vt vidimus noſtris temporibus, ſenes centumuiginti annorum,aſturi poterit,quia hi in quinta,ſexta, & ſeptima ſunt parte decrepitatis.

Monemus autem, non quodquè ſeptemnium eſſe difficile, quòd ſint in dominio Saturni;nàm ſi hoc eſſet, generatim viderentur pueruli mori in infantia 7.annorum;in pueritia 14.& in adoleſcentia 21. annorum, ſed conſpicimus omni tempore accidentia ſuccedere, &

mortem,,quod ab alio non prouenit,nisi ex inimicitia, quam inter se habent Planetę;& vt sitis capaces huiusmodi,ratū ponemus exemplū; si fortè quis ęgrotaret in Tertio climatherico adolescentiæ suæ in anno 19.suæ ætatis,aspicite ipsum tertium climactericum 19.annorum, quis Planetarum regit illud,& inuenietis Martem dominatorem illius anni 19.at quia Mars est in septenario Veneris, talis ægrotus pro tali climatherico non morietur tali infirmitate, quia Mars, & Venus sunt amici;& si difficiles ad essent directiones, nihil faceret ad rem dominium anni;quod contra esset,si forent anni 21. quorum Dominus Saturnus est,& inimicus Veneris.Et ad sciendam Planetarum amicitiā, & inimicitiam,propterea sequentem descripsimus Tabulam ad lectoris maiorem facilitatem.

Tabula Planetarum amicorum, & inimicorum. Cap. XXVII.

SAturnus est Iouis,Solis, & Lunæ.

Iuppiter amicus est omnium preter Martem.

Mars solius Veneris est amicus.

Sol amicus est Veneris.

Venus est amica Iouis, Martis, & Solis.

Mercurius est amicus Saturni, Iouis,& Veneris.

Luna est amica Saturni,Iouis, & Veneris.

Caput Draconis est amicus Iouis,& Veneris.

Cauda Draconis est amica Saturni,& Martis.

Saturnus est inimicus Martis, & Veneris.

Inimicus Martis.

Mars inimicus Saturni, Iouis, & Sol,Mercurij, & Lunæ.

Sol inimicus Martis, Mercurij, & Lunæ.

Venus inimica Saturni solius.

Mercurius inimicus Martis,Solis,& Lunæ.

Luna inimica Martis, Solis, & Veneris.

Caput Draconis inimicus Saturni,& Martis.

Cauda Draconis inimica Iouis,& Veneris.

LIBER SECVNDVS

DE AGRICVLTVRA.

Cap. I.

EXplicito primo Libro obseruationis motuum cœlestiũ, ac temporum opportunorum pro adiuuandis creaturis, æquum quoq; est, in hoc Secundo de Agricultura pertractare; quòd si in primo de vitæ conseruatione diximus (homini tàm necessaria) de fructuum in Secundo hoc, agemus conseruatione, ad hominum nutrimentum, vti valdè consona; nàm si de vita præseruanda disputauimus in primo, de rerum in diuiduo ipsius vitę tuitione, disceptabimus in hoc secundo, & certissimum est, vt, ad quòd inquirimus consequendum, primis principijs innitamur, per quæ ad terminos veniamus, & ex his optatum finem obtineamus, & sic inchoamus.

Luna, vt magis propinqua terræ, magis influit, & ob id conspicimus, quod quando Luna cunctatur in vno quatuor horum signorum, videlicèt, Cancro, Virgine, Libra, vel Capricorno, & de Trino, vel Sextile lustraretur cum Saturno, optimum est his temporibus ad arandum, serendem, & plantandum; sed per quàm bene est etiam sciendum qualitatem, & conditionem terræ, plantarum quoquè, & seminum, & postea eligere tempus; Nàm si accideret seminare, vel plantare in loca humida, & ipsa forent natura humida, certum est, quòd contemperanda essent, idest, Lunam esse in defectione, & non in augumento, & si essent natura sicca, Lunam esse in actione sua.

Verùm aptius tempus ad seminandum, est facto plenilunio post tres dies, & signa opportuna, in quibus Luna reperienda est, sunt, vt supra diximus, Cancer, Virgo, Libra, & Capricornus.

Bonum est etiam serere, quando Luna est in Tauro, & Pisce, verum tamen cauendum vobis est à maleficis Saturni aspectibus, ne sit in Coniunctione, nec in quadrato, nec Oppositione Lunæ, dùm ip-

ſa moratur in alio horum ſignorum;nec minus cum Marte.Hi,namq; uno Planetæ infortunati ſunt,nec finerent progredi ſata,vel plantæ eo tempore poſitæ;cauandum quoq; eſt,ne Mars ſit in aſcendente, vel in loco cadente;nec ſint ſolares Eclypſis,neq; lunares,quia præpedirent, ne vltrà procederent.

Si tempore ſationis,Saturnus eſſet in decima,ideſt,in medio cęli, & luſtraretur à Sole bono aſpectu, vel à Luna,poteſt liberè ſerere, & plãtare.

Quotieſcumq; Luna fuerit in vno ſignorum fixorum, cum bonis aſpectibus Solis,ac duarum fortunarum, poteſt plantari. Signa fixa ſunt Taurus,Leo,Scorpio,& Aquarius; ſed vtiq; non debetis vti Leone in Virgine,vel in Piſce,licet non ſint ſigna fixa.

Bonum eſt etiam ſerere, & plantare, quando eſt in vno ipſorum ſignorum, dummodo non ſit offenſa à maleficis radijs Martis, & Saturni.

Non eſt abſurdum,vt,tempore ſationis,& plantationis, Saturnus ſit retrogradus,ſed rectus,nec ab aſcendente maleficatus,ſecunda,quinta,& ab vndecima.

Quoties Luna erit in ſui triplicitate terrea ; qui Taurus eſt, Virgo, & Capricornus, toties, bonum eſt, arbores plantare, vt diutius durent.

Ad curandas vites,ſatagite vt Luna ſit in Tauro,Scorpione,& Saggittario,nec animalia vuas damnificent, monmues tamen,ne ſigna tacta ſint à maleficis aſpectibus Martis,& Saturni.

Non eſt inſerendum vllo pacto,quando Luna eſt indeficiens,nec in Coniunctione Solis;nec duorum infortuniorum,quando ſubterra ipſa eſt inſerendum nullum plantarum genus.

Non ſunt incidendă ligna, ad concinnenda ædificio domorum, quando Luna eſt in auctione ſua,quia marcoſcunt ; verumtamèn quò potiores fuerint Saturni aſpectus in Lunam ; eo magis erunt potior ædificia.

Sunt metenda frumenta, Luna plena, nè putreſcant, & ciceres, & lentes,ſicut frumentum.

Fabæ ateum Luna plena,attamen malis præciſis aſpectibus Martis, & Saturni.

Geminis infortunſjs retrogradis,vel in coniunctione Lunæ,ſemina, & labores perderentur.

In ſatione,& collectione,ſit Luna in diminutione ſubterra.

Sunt

Sunt ſuis temporibus ſtercoranda ſata, & Luna ſit in ſua defectione,& potius in Februario menſe.

Ne ſeminetis in terra madita, nec fodere,dum incipiunt floreſcere.

Vt vites ubertatem emittant vini, ſpargite fuligines circa radices, & etiam circa quaſq; plantas,vt ſint fructiferæ;pro ſunt quoq; arietum cornua fruſtatim,& conſperſa ad radices arborum.

Oliueta inter viuos lapides plantata,ſunt magis fructifera,quia magis in mineralia ſeruantur,quàm in hortis, & viridarijs, præ caliginoſi humoris abundantia,quæ quidem plantanda ſunt Luna creſcente, & Sole in Saggittario.

Non ſunt immittendæ plantę in foueas de recenti,factas, quia areſcerent præ nimio humore incluſo intus terram.

Signauimus hic tabulam,28.manſionum Lunæ ad ſciendas dies bonas,& malas,quibus,nō ſolum pro agricultura vti poteritis, ſed etiam pro medicina,& nauigatione.

De

De 28. mansionibus Lunæ, per 12. signa cęlestia; cum signis, gradibus, minutis, naturis, & faciebus planetarum, et effectibus eorum. Cap. II

1	♈	27. 53	temperata	♀	est bona pro itineribus, & sumere medicinas
2	♉	10. 45	sicca	☿	est bona pro nauigatione
3	♉	23. 53	humida	☽	non est bona pro nauigatione
4	♊	6. 29	frigida	♄	est bona ad plantandum, serendum, & itinerandum
5	♊	19. 21	contemperata	♃	est bona ad itinera, medicinas, & negotia
6	♋	2. 13	sicca temperata	♂	ad nihilum est bona in gradibus istis
7	♋	15. 5	humida	☉	bona ad seminandum, & non ad itinera
8	♋	20. 17	humida tẽperata	♀	bona ad itinera, & ad medicinas
9	♌	10. 49	sicca	☿	nec ad itinera, nec ad medicinas est bona
10	♌	23. 41	humida	☽	non est bona pro itineribus
11	♍	6. 33	frigida	♄	bona ad plantandum, & serendum
12	♍	19. 35	humida tẽperata	♃	ad omnia bona est, & estruenda ædificia
13	♎	2. 17	temperata	♂	mediocris ad serendum, & itinerandum
14	♎	15. 9	temperata	☉	bona in omnibus, serendum, & ad plantandum
15	♎	28. 1	humida	♀	mediocris, sed non ad itinera
16	♏	10. 53	frigida, & humida	☿	ad nihilum bona & præcipuè hæc
17	♏	23. 45	humida	☽	non est bona, nec ad sumendas medicinas, nec itinerandum
18	♐	16. 37	sicca	♄	bona ad plantandam, serendum, & itineraddum terris
19	♐	19. 39	humida	♃	summè perfecta pro itineribus, plantare, & seminare
20	♑	2. 21	temperata	♂	in omnibus bona
21	♑	13. 13	temperata	☉	bona ad plantandum, & serendum
22	♑	28. 57	humida	♀	bona pro medicinis, & itineribus, & cultiuare
23	♒	10. 57	temperata	☿	bona pro itineribus, & medicinis
24	♒	23. 49	temperata	☽	bona ad seminandum: & non ad itinera
25	♓	6. 41	sicca	♄	bona pro itinere, & construendis ædificiis
26	♓	19. 45	humida tẽperata	♃	perfectè bona in omnibus
27	♈	2. 25	humida	♂	non bona pro medicinis, nec itinere aquis
28	♈	2. 25	temperata	☉	nec ad serendum, nec ad nauigandum est bona

LIBER

LIBER TERTIVS

Regulæ,& obseruationes, ad sciendum mutationes temporum.

Cap. I.

TErtius, & vltimus tractatus nauigationis est; At quoniam nauigatio per difficilis est, & periculosa, ideò est aduertendum, nè, asturi de sulcandis tàm vastis profundisq; pelagis, demergamur ignorantię fluctibus & oceano cecitatis; quarè, procellosis declinandis nau fragijs aduersariæ fortunæ, optimum est, vt omni cura, quæ sint temporum mutationes consideremus, & principia, quæ habent à causis secundis.

Primo est obseruandum, cum volueritis prædicere de temporum mutationibus, præcipuam habere rationem in 28. Lunæ mansiones, si in calidis videlicet, vel siccis signis ipsa sit, vel frigidis, & humidis; deindè bene aspectum notare, qui prior Luna fuerit ad Solem, & post coniunctionem, trinum, sextilem, quadratum, & oppositionem, cui Planetarum fuerit applicata cum alijs aspectibus, & cognoscere, si aspectus, cui est applicata, sit beneficus, na maleficus, ac si ipso tempore ad sint stellæ fixæ in eorum coniunctione; hoc autem cognito, poteritis coniecturare, & augurari, quæ esse debet mutatio temporum.

Notāda sunt quoquè, quæ sint signa producētia pluuias, & in quam partem illas tractent; sunt enim triplicitatis aquæ, vt alias diximus, Cancer, Scorpio, & Piscis, post hanc triplicitatem, est etiam Leo, Sagittarius, & Capricornus; hæc verò nobilissima signa, non in omnibus eorum gradibus pluuias afferunt) vt suis locis dicemus) quò cognito, sciendum est, qui sunt Planetæ afferentes, & facientes mutationem in aere, sunt quidem tres Solis inferiores, Venus, Mercurius, & Luna, quorum deterior est Mercurius, quia ipse Solus ruinas intentat, atquè procellas, nàm ea natura est, vt cuicumq; associatur, in illius naturam conuertitur, & præcipuè si tempore maleficorum aspectuum, Mercurius fuerit Dominus horæ Planetariæ; & hoc præuiso, considerabis aspe-

pectum coniunctionis,ſiue oppoſitionis,ſiue quadrati,qui fuerint, an debeat terminare cum pluuia, vel vento; & cognoſcens, quòd ille aſpectus ſignificabat pluuias,dices,erunt pluuiæ, ſi ventum, dices, flabit ventus,& ſi procellas,procelloſum;& quod feceris de his aſpectibus, ſic de cæteris omnibus facies; & vt magis vos introducemus, in hac mutatione temporum,explicabimus ſuper hoc ſeptem Planetas,& poſtea Tabulas intrabimus.

De effectibus ſeptem Planetarum in ſuis dominijs,& aſpectibus. Cap.II.

QVando Saturnus erit Dominus horæ ſuæ, & in coniunctione,vel alio aſpectu, Solus, & ſine impedimento aliquo,malefici aſpectus,ſignificat ſiccitatem; & ſi hoc tẽpore habebit teſtimonia concernentia ſuæ ſiccitatis, quod erit in vno graduum manſionis, vel in ſigno ſiccitatis,non ſolum ſiccitas præualebit, ſed etiam frigus ſimul.

Quoties Luna fecerit aſpectum cum Sole,& ipſa perget ad faciendum aſpectum cum Saturno;dabit aerem turbatum, nigrum, & nubiloſum,quod erit facile in pluuiam reſolui,& eò potiùs, quia teſtimonia habebit ſigna ex humida natura.

Quando Iuppiter erit ſolus Dominus figuræ,cauſſabit aerẽ temperatum,& bonum,& ſerenitatem portabit cum nubibus albis,& rubeis, quòd ſi haberet teſtimonia ſignorum humidorum, vel eſſet in gradibus eius manſionis,in qua reperietur,reſolueretur humidum illud in pluuiam,& ſi in ſicco,in ſiccitatem;& ſi Luna poſt applicata Ioui,proficiſcetur ad Mercurium, vel Venerem ità fiet etiam poſt facto aſpectu cum Saturno,vel in coniunctione Veneris,vel Mercurio.

Quando Mars erit ſolus dominus dominij ſui, augebit magis calidum in æſtate,& frigus in Hyeme,in Vere vero,& in Autunno plus ſolidum importabit;& quando Luna,facto aſpectu cum Sole,ibit ad faciendum aſpectum cum Marte,tempus apparebit in nubibus croceis, & magnas emittet tempeſtates,cum coruſcationibus,tonitruis,& pluuia,& diſcedendo ipſa à Marte ad aſpectum cum Mercurio, eo magis erit præcipitoſa tempeſtas.

Quando Sol ſolus erit dominus dominij ſui,vel figuræ, & hoc, erit æſti-

æstiuo tempore, calidum diminuet; si tempore Verno, frigus augebit; sed nonnullas causabit tempestates; & eo plus succedent hi, effectus, quantò, Luna, post facta cum Sole coniunctione, adhęrebit Veneri, vel Mercurio.

Quando Venus sola erit sui dominij domina, tàm in Vere, quàm in Hyeme humiditatem augebit, & in æstate minutam præbebit pluuiã, & si Luna, post applicata Veneri, applicaretur Mercurio, pluuiam adducet.

Quando Mercurius solus erit dominij sui dominus, ventos mittet, tempestates, & copiosissimas pluuias; quòd si Luna separaretur à Sole, & ad Mercurium transiret, eò tempestosior ipse foret; & si cum Ioue lustraretur, semper aderunt in Vere tempestates, AEstate, & Autunno, præterquam in Hyeme, & postea non desistet copiosissimè ningere.

Quando Luna erit sola domina sui dominij, post facto cum Sole aspectu, & erit vacua cursu, idest, non applicuerit se alicui, designat pluuiam, tonitrua, coruscationes, & ventos, & eò perdurabit hæc tempestosa mutatio, donec ipsa Luna transibit ad aspectum alterius Planetæ; & si Planeta iste, pluuiã denotabit, pluuia magis augebitur, & si fuerit alia natura erit Planeta, ad quem vadit ipsa Luna.

Est quoq; considerandum signum, vbi faciunt aspectum; quia si erit Cancer domus Lunæ, vel domus Veneris, aut Saturni, Venus Planetarum sit in ascendente, pluuia erit, eò maior, si Saturnus lustraretur cum Mercurio.

Tabula triangularis aſpectuum, quos Luna facit cum Planetis, & Planetę interſe, per quos cognoſcuntur mutationes in aere. Cap. III.

Ingreditur in iſta tabula cum ☌, □, uel ☍, oppoſitione Lunæ cum Sole.

	☉	☿	♀	☽	♂	♃	[illegible]
♄	Turbidũ, & humidum contempera tum, ca idum nubes, glacies, & niues.	Venti, & pluuiæ, venti, frigus, & grandines, venti, & nubes, venti, & nix.	Pluuia cum frigore, ſubitanea pluuia, pluuia frigida, vel pluuia, & venti.	Pluuia frigida, gradines, & niues, pluuia frigida; vel niues, vel venti ſolum.	Pluuia cum tonitruis, tonitrua, & gradines, vel pluuia, vel nubes, frigus remiſſum.	Vel turbitũ, vel humidũ, grandines, & venti, venti, vel pluuia, turbatum.	In vere. In æſtate. In autunno. In hyeme.
♃	Solet, vt plurimum in tempore producere aerẽ temperatum.	Quocumque tempore flat magnos ventos	Solet crebro omni tempore facere aerem temperatum	Venti, tonitrua, fulgura venti, ſed nõ magnum frigus.	Venti turbidi, tonitrua, & tempeſtates, turbulentiæ, & venti remiſſa frigiditas.	In vere. In æſtate. In autunno. In hyeme.	
♂	In ęſtate flat ventos, & fulmina, in alijs temporibus debent humidius, & ſiccus.	Multoties producit vẽtos nubiloſos, ſed in æſtate tonitruat.	Pluuia ſubita, pluuia cũ tempeſtate, ſubita, & furioſa pluuia. frigus cum humido remiſſo.	Venti oridi, tonitrua, & fulgura, venti ſicci, frigus, & ſiccum remiſſum.	In vere. In æſtate. In autunbo. In hyeme.		
☉	Erit alteratio in aere ſecundum tempus, locum, manſionem, ſigna, & aſpectus.	Vt plurimũ venti cum humiditate, & præcipue in ſignis vẽtoſis, & aquaticis facit pluuium.	Pluuia, pluuia, & tonitrua pluuia ctaſſa, aſſidua humiditas.	In vere. In æſtate. In autunno. In hyema.			
♀	Humidum vel nubiloſũ, humidum & caliditas, nubilum, & turbatũ, vel turbatum, vel humidum.	Venti, vt plurimum cum humiditate, vel ſaltem venti, cum nubibus.	In vere. In æſtate. In autunno. In hyeme.				
☿	Vt plurimũ venti nubiloſi, cum furia, & tempeſtate.	In vere. In æſtate. In autunno. In hyeme.					

Eſſe-

Effectus particulares graduum ſignorum.

QVando Luna habebit aſpectum cum Venere,& Venus erit primi gradus Cancri,mouebit pluuiam.

Quando Sol,& Mars erunt in ſignis ſeptemtrionalibus,maximum emittent calidum

Quando Sol erit in coniunctione cum Saturno , & ipſi erunt in ſignis meridionalibus,erit magnus calor.

Coniunctio Veneris,& Martis in ſigno Scorpionis,erit magna pluuia.

Quando Mars erit in coniunctione Solis in ſignis Septemtrionalibus,erit calor magnus.

Signa Septemtrionalia ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo,& Virgo.

Meridionalia verò ſunt Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius,& Piſcis.

Quotquot Luna habebit aſpectus , & reperietur in his ſignis,& gradibus,ſemper pluet.

♉	♌	♍	♎	♏	♐	♒
Taurus,	Leo,	Virgo,	Libra,	Scorpio,	Sagittarius,	Aquarius.
9	20	4	21	21	18	21

Quoties Luna faciet aſpectus cum Sole, de Quadrato, coniunctione,& Oppoſitione,pluuiam producet,quod eſt præ natura ſtellarum fixarum,quæ ſunt maleficis naturis.

Stellæ maleficæ ſunt.

TAurus cum gradibus 9.per naſum coeti Stellæ natura Saturno.

Cum gradibus 20.Leonis,per ceruicem Leonis, qui eſt natura Saturni,& Martis.

Cum gradibus 4. Virginis,eſt dorſum Leonis natura Martis.

Cum gradibus 21.Libræ,eſt cauda Leonis,natura Martis.

Cum gradibus 21.Scorpionis,eſt aculeus ipſius Scorpionis,natura Saturni,& Martis.

Cum gradibus 18. Sagittarij, est cauda Scorpionis, natura Martis, & Mercurij.

Cum gradibus 21. Aquarij, est quadam stella, dicta cauda Scorpionis, natura Saturni, & Mercurij.

Quomodo inter se Planetæ faciant aspectus, & de significatis eorum in mutationibus temporum: Cap. IV.

De Saturno.

QVando Saturnus erit in coniunctione Iouis, & reperietur in signis siccis, erit siccitas, & signis humidis, erit pluuia.

Quando ipse Saturnus erit de quadrato, vel oppositione Iouis, erit pluuia.

Quando Saturnus erit in coniunctione Martis, erunt tempestates, cum gradinibus, ac tonitruis.

Quando idem Saturnus, & in quadrato, vel oppositione ipsius Martis, erit pluuia cum tempestate.

Quando in coniunctione, quadrato, vel oppositione Solis, erit pluuia, grando, & frigus.

Quando in coniunctione, quadrato, vel oppositione Veneris, erunt pluuiæ, & frigus.

De Ioue.

QVando Iuppiter erit in coniunctione, quadrato, vel oppositione cum Marte, & erunt in signis humidis, tempestates, tonitrua, & pluuiæ aderunt.

Quando in coniunctione, quadrato, vel oppositione cum Sole, venti, & pluuiæ.

Quando cum Venere in ijsdem signis, pluuia magna erit.

Quando, verò cum Mercurio, & in eisdem signis, venti magni erunt.

De Marte.

QVando Mars erit in coniunctione, quadrato, vel oppositione cum Sole, tonitrua, & pluuia erunt.

Quando cum Venere, pluuia erit.

Quando cum Mercurio, & in signis calidis, calor erit; & in signis aqueis pluuia.

De Sole.

QVando Sol erit in coniunctione Saturni, & in vno signorum cõmunium, erunt, magna frigora.

Quando in signis meridionalibus cum eodem Saturno in coniunctione, erunt etiam magna frigora.

Quando in coniunctione Iouis, & Saturni, in signis septemtrionalibus, erunt magnæ temporum tempestates.

Quando in coniunctione Martis, & in signis communalibus, erit aer obtenebratus.

Quando in coniunctione Veneris, tempus humidum, & nubilosum.

Quando verò in coniunctione Mercurij, tempestosum tempus.

De Venere.

QVando Venus erit in coniunctione, quadrato, vel oppositione Mercurij, pluuiam emittet.

De Mercurio.

QVando Mercurius erit in coniunctione Lunæ, vt in suis dicetur locis, tanquam velocior omni alio planeta in cursu, pergit ipsa ad aspectus cum ceteris planetis.

De Luna.

QVando Luna erit in coniunctione, quadrato, vel oppositione cum Saturno, erit tempus frigidum, & nubilosum.

Quando in vno trium aspectuum cum ipso Saturno, & proficisceretur ad coniunctionem Solis, vel quadratum Martis, aperiunt portas.

Quando in coniunctione Iouis, & essent in signo Arietis, vel Scorpio-

pio-

Digitized by Google

pionis, aer erit plenus nubibus albis.

Quando erit cum Ioue, & Mercurio, ventos excitat, & tempestates.

Quando in oppositione, vel quadrato Iouis, ventos intentat.

Quando in coniunctione, quadrato, & oppositione Martis pluuiam gerit.

Quando in coniunctione, quadrato, vel oppositione Solis, pluit.

Quando in coniunctione Solis, & esset vacua vsq; ad oppositionem vel ab oppositione, vsq; ad secundum quartum, aperit portas.

Quando erit cum Venere de oppositione, quadrato, vel coniunctione, & Venus asset in signis humidis, dicit pluuiam.

Quando Luna pergit ad Mercurium, & Iouem in secundo quarto, vel in oppositionem, aperit portas.

In coniunctione, quadrato, vel oppositione Mercurij in signis humidis ducit pluuiam.

In coniunctione capitis Draconis facit bonum tempus.

In coniunctione caudæ Draconis, malum tempus.

Et cum stellis infortunatis tempora mala præstat.

Decem solis modis possunt Planetæ facere aspectus aperientes portas.

SAturnus in coninnctione Solis dat magnam pluuiam.

Sol in coniunctione Saturni, grandines, & fulgura.

Saturnus in coniunctione Lunæ diutina pluuia.

Luna in coniunctione Saturni, nubilum, & frigus.

Saturnus, Luna, & Sol, magnam pluuiam.

Sol, & Saturnus in aspectibus frigora magna.

Iuppiter, Luna, & Mercurius, magnos ventos.

Mercurius, & Iuppiter, humida tempora.

Mars, Luna, & Venus, magnas pluuias.

Venus in coniunctione Martis, humida tempora.

De modo, & obseruationibus obseruandis à nauigantibus. Cap. V.

OMnia habentia eorum finem requiruntur primum principium; homines ergò nauigare cupientes, tria sunt eis essentialia requirenda, primum quidem, quò ituri sunt; secundum, stabilimentum secum deferre necessariorum; & tertium, tanquam omnium summa, prospicere, an tēpus nauigare permittat eo tempore, quod ipsi elegerunt; sed re vera, iudicio meo, hæc tertia, deberet esse prima, ex quò deficiente forma, dissoluitur materia, igitur, si forma deficiente, quæ nobilior est materia, quid materia faceret sine forma? idem esse, nō esse; qui vult ergò addere, & nauigare, proponat sibi, non solū ad optatū perueniré locum, vt supra diximus, & res necessarias parare ad victum, sed etiam primo loco intelligere, an secundæ causæ, eo tempore, quo talem fecit electionem, erat in bonis, vel malis aspectibus; nam ea de causa diximus vobis de mutatione temporum, vt sciatis terminos, & rationes, quæ circà nauigationem desiderantur; & quoties quis vult aquis discedere, aduertat, vt sit Luna libera, & in bonis aspectibus cū geminis fortunis, nec sit in coniunctione Saturni, nec Martis, nec in eorum quadratis, vel oppositionibus, sit extra coniunctionem stellarum maleficarum, quæ sunt natura Martis, & Saturni; & præcipuè non sit cum capite Medusæ, nec cum Pleiadibus, & Hercule, nec nubilosa præsepis, nec cum Arturo, nec alia aliqua malefica stella; nè Luna in principio discessionis proficiscatur ad sextam, nec ad octauam; non sit combusta, neq; in via lactea; sed & in signis, non sit in Scorpione, & Capricorno; in aspectibus non sit de coniunctione, quadrato, nec de oppositione cum Sole; non sit in capite, vel cauda Draconis, nec sit Sol Eclipsatus, nec Luna; & in hora præcipua, qua intratur in aquis, considerare, quis est Planeta dominator horæ, quo benè cognito, non sit ipse præcipuè retrogradus, & nedum ille Planeta horarius, verùm etiam nec Planeta dominus signi ascondentis, est cauendum semper conscendere nauem in dominio Martis, & Saturni, præterquā si ipsi forent in benefico aspectu cum Ioue de Sextili, vel trino; vt neuter duorum maleficorum sit in ascendente, & præcipuè in aqueo signo; sit semper ascendens liber à radijs infortuniorum, ac stellarum tempestosarum; cauete à Stella Argi, Delfini, Orionis, & aliarum supra citatarum; sit Luna à beneficis lustrata, nec cadat in quartam domum cum stellis pro-

procellosis, quia qui malo innititur principio, pernicioso se fini committit.

Saturnus non sit lustratus à Sole, nec Luna à maleficis aspectibus, quàm si erit in vno signorum aqueæ triplicitatis, non sunt vndæ sulcandæ, nisi fœlices recipiat aspectus à luminaribus, quæ geminæ fortunæ sunt; & quicquid de Saturno pronunciauimus, ita de Marte sentiatur.

Post malo promulgatò, loquamur etiam de bono; vt quemadmodum supra difficilia tempora excitauimus, sic nunc de beneuolis peragemus, quæ propitia sunt, & secunda itinerantibus; sed tamèn tabula mansionum Lunæ, sit semper vobis præ oculis, quoniam illa magnam partem vobis ostendit bonarum, & malarum domorum, per quas Luna graditur.

Ad sciendum autèm aspectus, & Planetas, in quibus domibus diętim ipsi morentur, effemeridas vos oportet habere currentes, ibi nàm inuenietis motus omnes diuturnos, & aspectus Planetarum, & cum luminaribus, & inter se.

Tempora verò opportuna, introeundi aquas, sunt, quādo luminaria inter se gaudent bonis aspectibus, & quo magis septi erunt geminis fortunis, eò magis benefica, & fortunata itinera erunt, quę aggredientur.

Præterea monemus, vt quando figuram formabitis, ad sciendum tempus aptum itineris, curetis, cum calculatione, quam facitis, vt omnino sit Luna configurata in vna sequentium domorum, scilicet in septima, nona, decima, & vndecima.

Quæ quatuor domus, propter duo bonę sunt, primo quia super terram sunt, secundo, quia succadentes sunt; & quantò magis Luna erit in sua triplicitate aquea, tantò quoq; magis prosper, & fœlix erit discessus per aquas faciendus.

Hęc tria signa huiusmodi aqueæ triplicitatis, sunt Cācer, Scorpio, & Piscis, & curate semper, vt horum signorum, Scorpio abscedat.

Postmodum aduertite, vt sit Luna Septemtrionalis, ascendens in sua latitudine, & non descendens, nec meridionalis.

Sit quoq; Luna in coniunctione Iouis, & Veneris, vel saltem in trino, vel sextili eorundem.

Quando eundum est per aquas, sit ascendens in vno signorum aquaticorum, & si per terras, in signo terreo, liber tamen, ac bene lustratus ab aspectibus beneficis, siue aquaticis, siuè terreis.

Cauete, vt in neutro horum itinerum, sit Luna in 6.8.12.

Et hoc sat in isto modico tractatulo.

De

Digitized by Google

De bonis, & malis aspecti bus, quos Planetæ faciunt. Cap. VI.

Boni aspectus sunt trinus, & sextilis.

Mali aspectus sunt quadratus, & oppositio.

Iuppiter, & Venus de trino boni sunt.

De malis aspectibus, Saturnus, & Mars non sunt mali de trino, vel de sextili.

De mediocribus, Mercurius, & Luna sunt boni de trino, vel sextili.

De mediocribus cum bonis, Luna, & Iuppiter, de trino, vel sextili.

De mediocribus cum malis, Mercurius, & Saturnus non sunt mali de trino, vel sextili.

De bonis, non sunt mali Iuppiter, & Venus de quadrato, vel oppositione.

De malis, Saturnus, & Mars non sunt boni de quadrato, vel oppositione.

De mediocribus non sunt mali Mercurius, & Iuppiter de quadrato, vel oppositione.

De mediocribus cum malis, non sunt boni Mercurius, & Saturnus de quadrato, vel oppositione.

Aspectus, & applicationes dabunt quantum sunt Orbes in suis latitudinibus, scilicèt, stellæ, quæ sunt primæ magnitudinis, continent septem gradus cum dimidio.

Secundæ magnitudinis, sex gradus cum dimidio.

Tertiæ verò magnitudinis, tres gradus, & semis.

Magitudo Orbium, continetur in his gradibus.

Orbis Saturni continet gradus nouem 9
Orbis Iouis ————————gr. 8
Orbis Martis ————————gr 8
Orbis Solis ————————gr. 15
Orbis Veneris ————————gr. 7
Orbis Mercurij ————————gr. 7
Orbisq; Lunæ ————————gr. 12

Hi gradus tantum antegradiuntur, quantum retrogradiuntur.

De terdecim aſpectibus Lunæ. Cap. II.

Coniunctio eſt, quando iuncta eſt Soli.

Auferre eſt, quando diſtat per quindecim gradus.

Natiuitas eſt, quando apparet primo ſero inſtar falcis.

Sextilis, & aſpectus, eſt quando ad ſexaginta gradus differt à Sole.

Quartatonus eſt, quando differt per nonaginta gradus.

Trinus eſt, quando diſtat per 120 gradus.

Approximatio, eſt, quando proxima eſt quintædecimæ, quæ dicta eſt caldarella.

Quintadecima eſt, quando eſt in oppoſitione, remota à Sole per 180. gradus, ideſt ad ſex ſigna.

Vergitio eſt, qando incipit deficere, hoc eſt, vt ſit remota ab oppoſitione per quindecim gradus.

ſecundus trinus defectionis, eſt, quando diſtat à Sole ex alia parte, per 120 gradus.

Secundus quartaronus, eſt, quando eſt propinquiſſima terræ, vt primus, per gradus 90.

Secundus ſextilis, eſt, qnando per 60 gradus eſt appropinquata ſoli.

Occultatio eſt, quando eſt tam Soli propinqua, vt non preſpiciatur mane ante ortum Solis, ſicut priùs, & eſt ſubtilis, & ſub radijs Solis occultata; ſed quando eſt in ſua coniunctione, vel oppoſitione, longiſſima eſt à terra vtroq; tempore; quæ caua vocatur, de qua plenè ſcribit Plinius.

Suprà iàm diximus, ſex ſigna Leonis vſq; ad Capricornum eſſe Solis; quippè ſunt Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, & Capricornus.

Cætera ſex, Lunæ, qui ſunt Cancer, Gemini, Taurus, Aries, Piſcis, & Aquarius.

De quibus Sol vtitur Leone, vti propria domo; & Luna vtitur Cancro, ceù domo ſua; reliqua decem tribuuntur quinq; Planetis.

Sol dat Mercurio Virginem, & Luna Gemini.

Sol dat Veneri Libram, & Luna, Taurum.

Sol Marti dat Scorpionem, & Luna Arietem.

Sol Ioui præſtat Sagittarium, & Luna Piſcem.

Sol præſtat Saturno Capricornum, & Luna Aquarium.

 114

De nonnullis præcipuis effectibus pro cognoscendis temporum mutationibus.

Cap. VIII.

OCcidit, vt plurimum à Luna nasci temporum variationem, quæ cum sit humida natura, & citissimo motu, & ei facile coniungi alicui stellæ fissæ malefica natura, quod non est ab omnibus obseruatum; nam si obseruatores considerarent apertè gradus, in quibus Luna facit aspectus, facilè auspicarentur temporum successus.

Sunt enim ea natura isti effectus, vt illicò in aerem nebulas emittāt humidas, & aquosas, nec solum nebulas, sed etiam coruscationes, turbationes Irides, serenitatem, & ruborem aeris.

Nebula siquidem est quędam densior pars aeris, Iridis, reflexus radiorum Solis se nubibus interponentes aquosis; & quoniam alię sunt apertiores, alieuè densiores, reflectunt in aere, & faciunt arcum apparere ea forma, quam videmus.

De Apparitione Iridis.

CUm Arcus celestis apparebit mane post ortum Solis, & sero in occasu, excitat ventos.

Cum apparebit ante meridiem, ventos, & pluuias.

Cum post meridiem apparabit paucas, & raras pluuias.

Cum in occasum Solis, idest/circa sero, serenum tempus;

Cum in ortu, & occasu Solis, ventos cum serenitatem temporis.

Cum apparebit aere nubiloso stante, serenitatem temporis.

Cum apparebunt plures simul arcus, subitam pluuiam.

Cum autem apparebit plus solito ignitus, magnos ventos.

Signa mutationis temporum in apparitione Solis.

QVando Sol mane oritur in Oriente, clarus, luminosus, & fulgidus, signum est boni temporis.

Quando Sol nascitur, vel occidit, & ante se oculatas nebulas habebit, signat tempestates.

Qaando Sol in occaſu nonnullas relinquit turbidas nebulas,& fuſcas, pluuias indicit die ſequenti.

Quando in Solis occaſu eſſet quantitas circumcircà nebulas rubeas,euaneſcet pluuia.

Quando manè Sol oritur totus ignitus,& quæ circum habet nebulas, euadent nigræ,dicit pluuias.

Quando Sol aſcendet ex Oriente medium cęlum verſus,& ſuos ante radios,& nonnullas nigras,& obſcuras nebulas habebit, ſignificat pluuias.

Quando ſero Sol occidit.& in ſiniſtra parte nebulis tegitur nigris, magnam oſtendit pluuiam.

Quande manè Sol in naſcendo obtenebroſus apparebit, pluuiam notat.

Quando Sol apparebit habere nebulas croceas circùm , pluuiam designat.

Signa Lunæ .

QVando Luna in aliqua parte corporis lunaris,obſcura apparebit, & nigra,pluuias mittit.

Quando in geminis cornibus nigra, & obſcura ſe oſtendet, pluuias mouet.

Quando circulum circum habebit rubrum , vel obtenebroſum , grandines minitat,& tempeſtates.

Quando in ſua quintadecima erit , & nonnullis tenetur nigredinibus,pluuiam intentat.

Quando nonnullis circùm arctatur radijs nigrarum nebularum , tempeſtates prouocat:

Quando in pr ncipio,ſcilicet,tertio,vel quarto die,cornua ſubtilia apparebunt terſa,& ſplendentia,ſpirat bonum tempus.

Quando erit in ſuo diametro,hoc eſt,in primo quanto,& rubra videbitur,ventos enunciat.

Quando clara,& fulgida,& ſine maculis circum apparebit, bonum tempus intimat.

Luna prætereà cum ſemper clara patebit,tempus bonum ſequitur, & è contra,quando turbida,& obtenebrata.

De

De aureo numero, & epacta, & de lumine, quod Luna præstat super, & subter terram.

Cap. XIX.

AVreus numerus est quidam circulus 19. numerorum, qui quidem ab vno, & ad 19. terminat, quo absoluto, ad suum remeat primum principium; quod vocant circulum lunarem, ob Solis reuolutiones, hoc autem tempus 19. annorum, mensuratur à capite Draconis, quod, quinquè inęqualitati Lunæ motus consentit, vt propterea circulus dicitur Lunaris: quarè, vt perpetuò sit affixus memoriæ, ab anno redemptionis nostræ est numerandus, quippequi, ex tunc cępit primus numerus enumerari; Nam quinquè per 19. ductum, faciunt 95, itàquè per singula centum, quinquè supersunt. Super ergo 1600. restant quinquè, hæc adde super hoc anno currente 1643. faciunt 48. ex his 48. extrahe bis 19. restabunt decem, & hæc decem erit aureus numerus huius anni 1643. à quo aureo numero haurietis epactam, velut inferius explicabimus, quod erit cum facilitate magna lectorum: huiusmodi verò aurei numeri, facietis tres columnas, vt hic inferius perspicitis.

1	2	3
4	5	6
7	8	9
10	11	12
13	14	15
16	17	18
19		

Credo vos iàm esse capaces istius aurei numeri; intelligite nunc, vt fas est, epactam, & hic est sciendi modus.

Cùm scire velitis quot de epacta sunt, sciatis quot de aureo numero currunt, in illo anno, de quo scire cupitis; ponamus exemplum.

Volo scire, quot in hoc anno 1643. currunt de aureo numero, (nam

hoc

hoc tempore incipimus nostros labores) decem, vt prædiximus in anno 1644. currunt 11. in anno 1645. 12. & sic in singulo anno vnum adde, donec peruenias ad 19. & postea incipe à principio, vt est dictum supra.

Cùm verò scire velitis quot currant de epacta, quærite supra in columnis, & vbi inueneritis aureum numerum, ibi sistite, qui si erit anno 1643. aspicite vbi est numerus 10. quem inuenietis in prima columna, cum denominatione supra, quæ dicit Zerum reperitur, quod intelligitur decem de aureo numero, & decem de epacta; in secunda columna 11. inuenieris, & supra dicit adde 10, & dicetis 11. & 10. quæ 21. sunt, & hæc erit epacta anni 1644. in tertia columna inuenietis numerum 12. & supra dicit adde 20. super 12. & erunt 32. & quoties præteritur numerus 30. auferuntur 30. & quod supererit erit epacta anni 1645.

Aliud exemplum; supponimus scire, in anno 1675. quot currunt de epacta; videte quot currunt de aureo numero, & sic scietis quot sunt de epacta, si annus 1643. portat decem de aureo numero, in anno 1652 terminat rota de 19. ergo ad 1675. requiruntur 23. ex quibus detractus solitus numerus 19. manent 4. de aureo numero illo anno 1675. quærite in tribus illis columnis numerum 4. & illum inuenietis in prima columna, super qua notatur, (vt reperitur) & ideò 4. erit epacta anni 1675. & sic semper facietis, & simul habebitis aureum numerum, & epactam.

Nec ægrè feratis, quia descripserim de aureo numero, & de epacta, quoniàm tempore oportuno vobis inseruiet ad reperiendum, quòd quæritis.

De

De Cometarum generatione.

Vbi de illorum numero, formis, coloribuſquè circa luminaria alioſquè Planetas, apparentibus, & de Aeris coruſcatione, eiuſquè alteratione, atque animalium indicantibus ſignis pertractatione.

Cap. X.

Cometæ in mundo apparentes diuerſarum ſunt formarum, colorum, & naturarum, & dicuntur Cometæ, vel citrinitæ à crine, vel Coma, eo, quod quaſi comato, vel crinito capite appareant, tricæ dicuntur, ad ſimilitudinem tricæ capillorum ſtellæ cum caudis, ſecundum Ptholomeum, ſunt nouem, quas communi nomine omnes Cometas appellare ſolemus. quibus mundo ſignificantur diuerſa accidentia; Cometa], cum ſit ſpiritus ſublimatus, & ſeiunctus à mundo inferioris, ſignum quoq; eſt ſeparationis à compoſitis naturæ ſpiritualis commixtę rebus complexionatis, quare ſignum eſt infirmitatis, & corruptionis earum compoſitarum, & complexionatarum, quibus ſtellæ dominatur ideo non mirum ſi ſemina, & vegetabilia corrumpantur, & alia animalia, & homines; qua propter non mirum ſi homines, in ſuperbiam extollantur, cum hominum natura ſit tenella; ſpiritus ſuptiliantur, & ſublimantur, quare oportet hominum corda ęleuari!, & eleuatio eſt, ſuperbiæ exceſſus, & non ſubijci, ſed potius dominari, ideò fiunt pręlia, & ſeditiones hinc regnorum mutationes, fames hinc, & ſtrages, & hinc peſtilentiæ ſunt; ergo Cometæ portenta ſignatæ ſunt magnorum euenctuum ſecundum Phyſicas excellentiſſimas rationes. Quid colores Cometarum ſigniacant?

Cometa ſi apparuerit nigri coloris ſecundum doctrinam Ptholo-

Google

mei in secundo quadripartiti Saturni dominium significat; ergo aeris corruptionem per frigiditatem, & siccitatem, & venctos naues submergentes, & in fructibus sterilitatem, & ægritudines frigidas, & arensses, & pthysim, & nocumenta ex humorum collectionibus, quartanas sopores, pestilentiam siccam, anstetates, tristitias, timores, & mortem maxime senibus, & bella cum proditionibus Cometa; alius cum apparuerit croceus cum quadam albedine, Iouis dominatum significat, quarè aerem temperatum, & salubres nauigationes, & bonorum victoriam, malorumquè mortem, gaudium, & sublimitatem, mutationemquè in melius, salutem, pacem, rerumquè augumentum, & corporum hilaritatem, & spirituum, Regum munera magna, eorumquè nobilitatem, & corda nobilia, & grandia, atquè liberalia. Cometa cum rubeũ indicauerit, Martis ostendit dominiũ, hinc aer propter caliditatem, & siccitatem corrumpitur, ventorum quoquè, calidum latum peremptorium corpora dissoluentem, tonitrua, fulgura, pluuiarum, penuriam, & nauium submersiones ob venrorum commixtiones, & per fulgura, & aquarum diminutiones in fontibus, & potabilis aquæ decrementum, atq; fluctuum de perditionem propter calorem superfluum cum siccitate, per locustas, & lites inter homines, & principaliter iras, mortesquè repentinas, & tertianas febres, & sanguinis sputum, & significat violentiam, superbiamquè, & recessum à lege propria ad aliam legem alienam, & depredationes, & ignis incendia, interfectiones, & stragges, & pestilentiam ardentissimam.

Cometæ croce apparentes tendentes ad aureum colorem cum albedine, Veneris dominium indicant, quemadmodum de Iouis Cometa superius demonstrauimus, videlicet venctos cum temperie, aerem bonum, & clarum, & pluuias multas, nauigationes tutas, rerumquè augumentum, & aquarum fontium ubertatem, & fructuum copiam, & animalium, quibus vtuntur homines, & hominibus accident exaltationes, dignitates, bonorumq; gaudia, & bona coniugia, & diuitiarum augumenta, pulchra negocia, & bona principia amicitiæ, & mulierum mortem, bonamq; mutationem. Cometa diuersorum colorum in mũdo apparens, Mercurij victoriam significat, & quia sicca est eius complexio, festinusq; motus propter Solis propinquitatem: & propter suas frequentes retrogradationes in eorum circumuolutione, ideo turbatas, repentinas, & festinas ventorum variationes in Aere indicat, atq; etiam, tonitrua fulgura, terræ apertiones, motus, & coruscationes, ex quibus accidet damnum, & corruptio in animalibus, & plantis, quibus homines iuuantur, & aquarum diminutiones atq; fluminum, & aliquando significat humiditatem, sic diuer-

sos producit effectus, atquè aridas ęgritudines diuersasquè ob materiam etherogeneam differentias, vt pthysim, & tussim, atq; vomitum, hominumq; ingenia acuit, ad rapinas viarumq; abscissiones, nauium etiam submersiones, & prophetas in mundo, & morum mutationes, atq; legum, & ideò mutationes Regnorum, & pestem, & multa mala portendit, circa numerum, & formas Cometarum, multas esse dico; prima cum cauda dicitur, neru; secunda cœnaculum, tertia persica, quarta miles, quinta dominus asconeæ, sexta matutinus, septima argẽtum, octaua rosa, nona nigra, quorum quatuor primę assimilantur stellis, omnesq; bella pronunt, terrores, magnosq; euenctus in mundo. Prima quæ dicitur Veru, est aspectus horribilis, & incedit propè Solem, significat fructuum mutationes, omniumq; ex terra nascentium, mortem Regum, atq; militum. Quartę quæ dicitur miles complexionis, & formæ admodum Lunæ magnæ, & crines habẽs, radiosq; infundit se retro, & peragit duodecim signa; quibus apparentibus, nocuum fuerit Regibus, atq; potentibus, insurgentq; gentes in mundo, leges volentes mutare priscas, nouasq; conferre. Quinta dicitur dominus asconeæ estq; ex Mercurij complexione, cerulea, atq; paruula, & cauda eius longa, & vbi cauda apparet significet Regum mortem, & pręlia. Sexta matutina rubens, caudam habens rubeam, longam, Martem impium demonstrat, quæ apparens capite inclinato, aquarum significat paucitatem, famem magnam, ignisq; combustiones. Septima argentum, habens radium pulchrum, & album ad modum argẽti purissimi, quæ apparens, annos vberiores in terra pronunciat, quam respicit. Octaua dicitur rosa, magna, & rotunda, faciem habens ad modum hominis, cuius color est argenteus cum aureo commixtus; Regum prædicit mortem, & mutabuntur mundana mala, eueniențq; meliora. Nona dicitur niger, est naturæ Saturni, significat mortalitatem, & truncationem. Cometa, quæ dicitur, pertica, grossum habens radium, portendit aquarum paucitatem, quæ si Mercurio iungatur, iuuenum prædicat mortem, atquè sapientum, Veneri iuncta, aquarum mutationem, fructuumq; dextructionem; si Lunæ complicetur, morietur Populus; si Saturno, mors erit grauior, pestilentia & interfectiones. Si cum Ioue sua significata in Regibus, & diuitibus elucescent. Luminaria colores sunt, ostendunt enim varia, per colores apparentes circa luminaria, & alias stellas; est Ptholomei lib. 2. & apparentibus præuaticinarijs possumus futuros prædicere euentus, ne sermo noster replicetur eadem scientia, qua diximus cometarum.

Si apparuerint in Sole, & Luna tempore eclypsium, significabunt,

M quæ

quæ in Cometis diximus; cum autem tempore eclypsis Lunæ, aut Solis circa luminaria color niger aut cineritius, aut liuidus Saturni, vim in eclypsibus habent, ideò significat siccitatem, & omnia, quę diximus de colore nigro cometarum, si vero apparuerit color croceus tendens ad albedinem Iouis virtute affectus patefient, puta temperies, serenitates salubres, pluuias, & reliquia; si vero rubeus color fuerit, Martis vires manifestātur, quamobrem excessus erit in calore, & bellis, & reliquis Martis in cometa rubro narratis.

Si vero crocei coloris apparuerit cū maiori albedine veneri ascribantur, ad superiora de Cometa Venerea recurrant; cum vero colore ceruleo circa luminaria apparuerit, Mercurij impium significat, quare significat bella, latrocinia, instrumenta bellica ingenio subtili fabricata, & reliqua in Cometa cerulei coloris, Mercuriali dicta, eo diuerte sermonem, sciesq; futuros euentus, vt vberius Metheorologica Mundo manifestentur vt sapientiores effectus, homines futura mala præcauere valeant, aliqua circa Solem, & Lunam, reliquasq; Stellarum apparentias propalabo. Cum diurna accidentia præscire voluerimus, conuenit, vt ad Solem conuertamur in ascendente, & in occasu existēte nocturnos euentus; cum ergo Sol orietur mane, aut occidet clarus, itaq; non tegatur ab aliquibus nubibus, serenitatem aeris in tali die futuram, aut in nocte accidēs, serenitatem aeris nocturnam significat; si vero in Solis ortu, circulus aliquis circa illum apparebit, fueritq; diuersorum colorum, vel ad ignis ruborem declinauerit, aut Solis radios per nubes transeuntes, rubei fuerint, atq; protensi, itaq; videantur eius radij tanquam iacula, & rubei extra circulum separatim, accidentia talia significant, vt ventos, fortissimos colores, namquè rubei, Martis naturam indicant, quare fumos, & ventos aridos demonstrant; Si in occasu talia fuerint signa in nocte prædicti, euentus contingent aut sequenti proxima die; si vero manè apparuerint, aut eadem die, aut sequenti nocte prædictos effectus cęli parient, Lunæ locum aspiciamus tertia die ante coniunctionē cum Sole, quando scilicet Luna apparet cum cornibus subtilibus, aut post tres dies à Solis coitu, quæ namq; Luna si apparuerit talibus temporibus clara, & nitida, ac à nullo vapore circundata, aerem serenum significabit, si autem Luna subtilis apparuerit; & rubea, ac illa pars Lunæ quæ non est illuminata à Sole apparuerit clara cum quadam agitatione, portendit ventorum flatus, qui ex illa mundi parte procedent à qua colores illi recedentes, partem illam claram relinqunt, si vero Luna nigra talibus temporibus apparuerit, aut viridis, & spiua, hiemalem aerem, atquè pluuias nunciabit.

Est

Est etiam alius iudicandi modus per Lunam, vt aspiciamus circulum, qui videri solet circa Lunam, qui si fuerit vnus, & clarus, qui paulatim dextruatur, significabit claritatem.

Si autem circa Lunam duo apparuerint circuli, aut tres, significant aerem pluuiosum, quia vaporum abundantiam demonstrat, grossusq; fumositates.

Si vero circuli apparentes in Luna fuerint clari, declinantes ad ruborem, & quasi abscissę fumositates, Martis naturam sapientibus demonstrat; abscissio, motum fumositatum denotat, & ventorum potentissimos flatus, & aerem pluuiosum.

Si circuli circa Lunam apparentes fuerint liuidi, aut nigri, aut turbulenti, aerem hyemalem cum gradinibus significant, & quanto plures fuerint, tanto maiorem demonstrant fumositatem, & spissam, quia vnus circulus reuerberat fumositatem ad alud.

Solent circumuoluere aliqui vapores quinque alios erraticos, & stellas alias fixas color circa Saturnum apparens, frigiditatem, & siccitatem significat, si vero coloris fuerit rubei, ventos cum frigiditate, si virides, pluuias frigidas; pro quocunq; colore apparente circa Planetas, & stellas alias lucidas iuxta, significata colorum superiorum dicta iudicare oportet.

Addenda quoq; est influentia Planetæ particularis, aut stellæ talem colorem recipientis; puta si Martem circumuolutum colore viridi intueremur, aut nigro, vmbroso, per tales colores oportet vaticinari pluuias, sed quoniam Marti radius influxũ habet perpendicularem permixtum cum vaporibus prædictis, oportet etiam Martis vires, in prædictis influxibus patefiant. Per tales vapores virides circumuoluentes Martem, dicimus pluuias esse ventosas coniecturandas cum scintillationibus aeris, & tempestatibus, & nõ ita abbundantes; sed hoc vnum commemorandum videtur, quodquilibet Planeta fumositates trahet circa se secundum suam naturam; propterea, si septem Planetarum iudicare colores voluerimus; primo naturaliter color tractus à superno Planeta Saturno, est nigger, ideo frigiditatem, & siccitatem, sterilitatemq; pronunciat. Color albus circa Iouem cum permixtione crocea, aquas temperatas, & sanitatem significat. Color rubeus apparens circa stellam Martis, incendia caliditatem, ariditatem, & ventos crudelissimos, ac tonitrua, fulgura, & tempestates denotat. Color croceus cum quadam rubedine apparens circa Venerem, pluuiã temperatam & auram serenam, ac iucundam significat, mulierumq; gaudia Color ceruleus, & diuersus circa Mercurium apparens, significat diuersitatem, ipsiusq; inconstantiam, serenitatem, modo pluuias, modo

M 2 ven-

ventos,& tempeſtates,& ſiccitates,ſi vero color circa Mercurium rubeus apparuerit,ſignificat tempeſtatem, ventos calidos, atq; arentes diuerſaq; infortunia: ſimiliter iudicandum eſt, de omnibus coloribus circa omnes alias ſtellas fixas apparentes; ſed fortaſſe aliqui arguent ſtellas, erraticaſq; ſcilicet Planetas non cognoſcere, ſed tantum Solem, & Lunam, & conſequenter colores circa eos apparentes cum naturis Planetarum permiſcere neſciant, quibus ita reſpondendum videtur, qui ad celeſtem originem oculos, & mentes non immittunt, priuati ſunt vero, & perfecto fine, propter quem creati ſumus, vt celum ſpectemus, & ipſum admiremur, & admirando laudemus eius ordinem, motum, atq; potentiam, & ex quibus poſt Creatorem noſtrum omnium potentiſſimum cognoſcendus cum celi narrent gloriam Dei, & opera manuum eius annuncient firmamentum, ſin autem celum abnegauerimus non mente rationali illuſtrabimur, vt ad ſydera tolleremus vultum, ſed prona hominibus ora dediſſet, vt terram ſpectarent, & tantũ terrena, caduca, ſenſibilia, & beſtialia homines aſpicerent.

Quæ omnia ratione abſurda ſunt; cum ergo homo ſit diuinum animal, itaq; ordinem celorum ſpectans, & Diuinam Maieſtatem, ratione non fierent rebelles, & inimici; Præceptor, & ſemimortuus, terreus, caducus, ſenſualis, veritatis perditor, ſomnolentus, infeſtus, anxius ſibimet, & curioſus rerum ſenſualium implicitus voluptatibus, vitijs, gulæ, rapinis, odio, luxuriæ, auaritiæ, & reliquis quibuſcumq; vitijs, criminibus, & tormentis infeſtis, obnoxijs, & contra Diuinam Maieſtatem ſuberſus ſemper, ſtellæ enim fixæ cum apparuerint lucidiores, & maiores, & micantiores, quoniam ſoleant apparere, ventorum flatus indicant, qui ex ea parte flabunt, in qua apparent ſtellæ quoq; fixæ nebuloſæ dictæ, quæ tempore ſereno vix apparent cum ſpiſſe apparent, aut cum cœlum plenum ſtellis minutiſſimis, & propinquiſſimis inter ſe apparent pluuias denunciant cum multis ignes iaculis in aere apparentibus ad modum ſtellarum curſus, quæ ſunt exhalationes ignitæ currentes, & micantes ſtellarum luminibus, relinquentes poſt ſe caudam ventorum, & ſi fuerint tales ignitiones, & multis mundi partibus currentes diuerſos demonſtrant ventos, tonitrua, & fulgura, ex partibus, ex quibus vapores, & ignitæ trabes fluent.

Nubes apparentes in aere pluuias inducunt, albæ vero grandines, tempore æſtiuo, hyemali vero tempore albæ nubes niuem demonſtrant. Arcus apparens, ſeu Iris aere ſereno, pluuias edicit, quoniam vero ſi arcus extulerit ſe temporibus pluuioſis, ſerenitatem ſignificat; quo magis arcus fuerit viridis, tanto magis pluuias, & ventos indicat, ſi vero pluuiali aere apparuerit, per ventos, & breues pluuias, aeris clarita-

ritatem indicat . Nebulæ in aere apparentes, si cadant, & non ascendant supra aeris purgationem, pruinam Vere, & Autumno serenitatem diei illius, & caliditatem significat aliqualem secundum anni tempus.

Ante Solis ortum, & post Solis occasum supra aquas, & paludes, & prata fumus albus si eleuetur, calorem, & serenitatem diei proximi significat; si mane eo die, si nocte diem proximum, seu crastinum calidum indicat. Sole occidente tempore hyemali, si clarior, rubicundior apparuerit, quam consueuerat, tum boreas, aut aliquis frigidus, ventus flauerit, in sequenti nocte, gelu significat, & si Hyeme stellæq; clariores, apparuerint, magnum suscitat frigoris indicium. Stellæ scintillantes hyemali tempore, magnum frigus, & gelu demonstrant; si in principio geli venti fuerint durantes orientales, gelu duraturum significant.

Fragor nemorum, & commotio foliorum, ventos, & tempestates indicant. Flamma ignis flexuosè volitans, aut cum luminaria ex flammis elidunt, vel vix accendantur, aut sublatis ollis ab igne eisdem carbo adhereat, aut cum ignis scintillam emittit farullamquè discutit, aut cum cinis in cigne non crescit, aut cum carbo vehementer perlucet, hæc omnia significant vẽtos, coruscationes, & tonitrua, quæ simul signa sunt futuræ pluuiæ, corruscatio aere existente sereno denotat calorem ex Alberto Magno in suis Metheoricis Libris, & ex multis alijs mundi contemplatoribus, & multa de ventis, & eorum generatione relinquo breuitatis causa; & per animalia signa etiam demonstrant, quaniam vultus mundi presens vultibus cœlestibus subiecti sunt, & quia colorum imagines ab intellectualibus agentibus gubernantur, sic inferiores imagines, & animalia, & cœtera quæcunq; à rationalibus, cœlestibus virtutibus, reguntur.

Non ergo mirum si bruta animalia, ordine pondere, & mensura tẽporeq; suam tueantur vitam, sic aranea, telem conficiendo ab intellectuali virtute regulata; sic Apes mellificum æstiuo tempore; sic Formicæ Thesaurizant alimenta pro hyemali tempore, etiam in rebus alijs pro eorum vita comodis, cœlestes intelligentiæ, in inferioribus adiunctæ mirè instruunt, sic Bos, Romanorum tempore, Valerio Maximo testante mugitu suo in Sermonem humanorum conuersum dixisse fertur. Caue tibi Roma. Sic etiam pulli futuram iacturam præsciẽtes esca neglecta fugerunt. Sic Serpentes, & alia multa animalia futurorum conscia Phylosophantes experti sunt. Sic etiam tempestates, pluuias, ventos, & serenitatem præsentiuntur; aut quia eorum complexiones non sunt bene commixtæ, & naturam simplicium elemento-

torum conformem habent,sicut animalia aquatica,anates,& anseres, quæ semper in aqua versantur, non mirum si futuram pluuiam præcognoscant,& ventos.Corui stantes contra Solem,rostra si aperiant, vt calorem significant,milui ludentes, & spatiantes in aere alter cum altero volando,signum est caloris siccitatis,& serenitatis aeris.

Si Vespertiliones citius in vespere, & in maiori eorum quantitate volent,quam solebant,signum est caloris, & serenitatis futuræ proximi diei,& hoc etiam de scabronibus intellige.Pariter si ante Solis occasum muscæ paruæ congregentur in altum antè Solis radios ad modum formæ campanilis ludant,signum est caloris,& serenitatis crastini diei.Si in principio geli volatilia,aquatilia,vt anates,& alia quærant aquas magnas incongelabiles iuxta mare signum magnæ durationis, geluum extant.

Si in principio Hyemis paruæ aues in magnitudine congregentur in campo quærentes cibum,signum est magni frigoris, & geli, & validarum tempestatum.

Si aues marinæ alas in littore maris non expandunt signum est serenitatis.

Si Leones,vel boues respicientes sursum trahant aerem, ac si illum olfacerent, superior pluuiam significabunt . Boues contra pilum se lambentes,pluuiæ extant indicium ; & incipiente pluuia si boues fortiter comedant,pluuiæ dilationes denunciant. Arietes vltra consuetum salientes capitibus concutiant se,tempestatem demonstrant.

Aselli se vertentes per terram fricando dorsa,signum est pluuiæ magnæ,Si intestinæ cauum murmuret,pluuiam quoq; retulit.Sues manipulos fæni si dilacerent,& abscindant, pluuiam portendunt . Talpę si plus consueto in terra se operentur,fractam pluuiam indicant. Pecora exultantia in decora lasciuia,pluuiam ostendunt Ranæ plus sueto per sequentes garritum,pluuiam significant.Rospi extra cauernas proprias in vespere gradiantur magna in quantitate corporum,& multi numero,fuerint,pluuiam demonstrabunt.Formicæ corruscantes ante occasu gradiantur,significant pluuiam.Cum terrestres volucres clamorem dant circa aquam vltra consuetum se balneantes,pluuiam significant, quia eorum complexio lętatur aqua, & gratulantur præcognitione elementi mutati in pluuiam. Aues mutantes pennas suas rostris,prædicant pluuiam;Aues colentes arbores, si ad nidos fugiant pluuiam significant;Aues dulces aquas colentes, si lauant, & in aqua, & ludant aggitando alas,pluuiam demonstrant. Hirundo circa aquam volitans, si illam sæpè proprijs percutiat pennis;denotat pluuiam . Corui singultu quodam si latrent, rumorem in exercitu volantes faciendo alijs

pro

proprijs, plus ſueto pluuiæ ſunt ſignum. Cornix balneans ſe in aqua, & maximè in Hyeme, & præterquam ſueuerat vociſerans, & ſpatians in ſicca arena ſignat pluuiam, vt Virgilius.

Tunc cornix plenam pluuiam vocat improba voce, & ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

Grues ab imis Vallibus fugientes, pluuiam ſignificant.

Noctula in imbre garrula, vel ſereno, tempeſtatem demonſtrat; Anſeres continua voce vociferantes, tempeſtatem ind cant. Ardea auis altius volans, tempeſtatem ſignificat, & in medio auis triſtis manens ſignificat pluuiam.

Omnes communiter aues, cum ſtrepitum faciunt maiorem, quam ſolebant, ſignificant futuram pluuiam, gallinaquè vltra ſolitum concutiant ſe in arena, vel ſegregentur plures earum in vno loco ſimul, & in principio pluuiæ quærant tecturam aliquam eas protegentē à pluuia, ſignum eſt magnæ pluuiæ futuræ. Columbæ ſi veſpere ad columbare tardius accedant, ſignum eſt pluuiæ. Auis Picus vltra conſuetudinem cantans, pluuiam ſignificnt. Muſcæ atrocius mordentes, quam ſueuerant, conferunt pluuiam. Aui dicta Picus præter conſuetum cantans, pluuiæ eſt indicium.

Muſchæ atrocius mordentes, ac petentes ad os, vel oculos hominum, vel cuiuſuis alterius animalis, pluuiam nunciant. Campanarum ſonus longius ſueto auditus, eſt ſignum pluuiæ; coopercula vaſorum ſtrictiora reddita, denotant pluuiam.

Fuligo cadens ab euaporarijs magis quam ſoleat, ſuſcitat pluuiam; odorifera longè eorum mittentia fragantiam ſignant pluuiam; carnes ſalſæ ſi vlterius conſueto humectentur, & maxime in vaſe liqueſcat ſal, indicat pluuiam.

Delphines tranquillo mare laſciuientes flatum ventorum ex ea parte à qua veniunt oſtendunt, ſed quando mare eſt turbatum, aquam ſi ſparſerint, demonſtrant tranquillitatem; Vermes terreni exeuntes à terra, Pluuiam; Galli cantus in nocte citius, quam ſoleat, mutationem aeris, aut ventorum portendit. Rationem ſapientes poſſunt reddere prædictorum, ego vero breuitate affectus prætermiſi.

DE

De mutationibus tempoum

Cap. XI.

MVtatio aeris est namquè pars Astrologiæ, quæ de mutationibus aeris agit, vniuersalis, & reijcienda; iudiciaria enim Astrologia, tribus componitur partibus, vt diximus, quarum prima continet illius pertractata principia. Secunda iudicia vniuersalia constituere docet. Demum tertia, particularium hominum natiuitatibus mediantibus accidentia portendit. Secunda pars iterum in partes secernitur, quoniam altera decernit mutationes aeris. Altera bella, alia, penuriam, atquè fertilitatem, & altera deniquè ægritudines, ac populares morbos, & salutes prognosticat inter omnes partes, ea quæ de mutationibus aeris agit ob quotidianum vsum principatum obtinet.

Viro igitur sunt spectanda multa, volenti aeris prædicere mutationes, quoniam spectandus est situs rigionis, non enim vna eademquè constellatio, eundem in omnibus terræ partibus producit effectum, vt iudicio non carentibus patet. Aspicienda sunt anni tempora, quoniam vna, & eadem constellatio alium effectum inducit tempore Veris, alterumquè AEstate; alterum Hyeme, alterum Autunno. Scire post modum conuenit, quòd Planetæ inferiores maximas faciunt aeris mutationes, & præcipuè Mercurius. Signa post mutationem aeris ostendentia pluuiam, sunt Cancer, Scorpio, Piscis, & si tot indiget considerationibus, qui murationum aeris prognosticare intendit atquè pluribus etiam alijs; ego tamen aliquas, adducam regulas ab innumerabilibus Astrologorum desumptas, quibus facillimè poterit quis iudicio præditus decernere aeris mutationes cuiuscunquè diei. Cum igitur iudicare desideras aeris mutationes alicuius Hebdomadæ; aduertas, an præcesserit coniunctio, oppositio, vel quadratus Solis, aut Lunæ, & ad horam aspectus constituar figuram cęlestem, prius tamen aspectu, secundum præcedentes regulas.

Planetam huius figuræ, qui plures quinquè essentialium dignitatum obtinuerit in angulis, & atq; loco Solis, & Lunę, in hora aspectus, & talis erit Planeta disponens, siue dispositor aeris.

Considera igitur qualitatem huius Planetæ parimodo & signo, quò Planeta iuncitur, vel per coniunctionem, vel per aspectum, & secun-

dum

dum qualitatem huius aeris, mutationem animaduertendum; tamen effectus, tanto fortior producetur, quanto plures fuerint significationes illos indicantes, & remissiores, quanto minores.

Saturnus igitur figuræ dispositor, siue dominus Solus siccitatem inducit, quæ quidem tanto magis ab eo producetur, quanto ipse fuerit constitutus in siccioribus signis, & testimonium siccitatis habuerit. Verum si Luna post Solis aspectum, coniunctionem, vel aspectum Saturni petierit, nubila producet, quæ sæpè in pluuiam soluuntur.

Iuppiter solus dispositor aeris, producit temperiem, atquè etiam serenitatem, cui si Luna applicatur post coniunctionem, vel aspectum cum Sole, decernit temperiem, sed non sine nubibus albis, quæ quidem rubedine admixtæ erunt; quibus Planetis, si adiunctus fuerit testimonium humiditatis, vel siccitatis, vt si Luna in mansione humida commorabitur, vel sicca soluentur nubes in pluuiam, vel ventum.

Hæc mutatio maxima fuerit, si post applicationem Lunæ, & Iouis, Lunæ, Mercurius, aut Veneris petierit coniunctio. Hæc eadem eueniunt, si post coniunctionem, vel applicationem Lunæ atquè Saturni, Luna iungetur, vel applicetur Veneri, aut ☿.

Mars solus dispositor figuræ, si anni tempus erit Æstas, caliditatem augebit; si Hyems, frigus minuetur; in alijs temporibus semper augumentabit caliditatem, & si Luna post coniunctionem Solis, vel aspectum applicationem Martis petiuerit aereis nubibus aer impletur, tonitrua, fulmina, ac tempestates mittentibus; & ingentia hęc omnia, dum Luna post separationem à Marte petiuerit Mercurium.

Sol si dispositor solus fuerit figuræ, si extate, minuitur caliditas, & si Hyeme augebitur frigus, repentinasq; generabit tempestates; si Luna post eius coniunctionem, ac aspectum petiuerit Venerem, aut Mercurium, Venus sola domina figurę.

